



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Liber Primvs De ijs quæ ad Sacerdotem pertinent, antiquam Missam
celebret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

INTENTIO, ET DIVISIO OPERIS.



PRÆCEDENTIBUS de Confessione, & de Communione duobus Opusculis ideo connecto tertium de Sacrificio Missæ celebrando: quia inter hæc tria magis præcedit quasi innata connexio. In quo quidem tertio Opusculo primum instituo de iis, quæ ad Sacerdotem pertinent, antequam Sacrum faciat. Secundo de iis, quæ ad eundem spectant, dum actu celebrat. Tertium de iis, quæ postea. Prosequar omnium bonorum Author, & donator Deus.

LIBER DECIMUS

De iis quæ ad Sacerdotem pertinent, antequam Missam celebret.

PROOEMIUM.

PRÆTER ordinem Sacerdotij nulla censura impediri, de qua re agere institui non est) tria video ad quæ reduci possunt ea quæ Sacerdoti proximè sunt necessaria ad tantum Sacrificium celebrandum. Primum, status gratiæ. Secundum, consilio Sacramentalis, in eo qui mortalis peccati nondum confessi, si est conficius, licet quantumcumque contritus sibi videatur. Tertium quadam extrinseca à sacris Canonibus potissimum instituta ad sacrificium ritè, & reverenter peragendum. Tale est ieiunium, sacra vasa, sacra vestes, ornamenta Altaris, locus, tempus, & huiusmodi similia; nam de virtutum actibus agere, quibus se Sacerdotem præparare ante Missam congruum est, ad nos, qui conscientiam casus explicare intendimus nequaquam spectat.

2. Quoniam verò de primo, & secundo satis abundè in præcedenti Opusculo de Communione expeditè peragenda, cap. præsertim primo discevimus, inde habere potes, quæ de his scitu sunt necessaria, quæque hic describere supervacaneum esse. De tertio item, quoad ieiunium naturale, & quædam alia omnibus fidelibus Eucharistiam susceperis communia ibidem cap. præsertim secundo sufficienter egimus. Superest igitur de cæteris, quæ Sacerdotum magis sunt propria, explicationem instituire: Sunt autem vasa, vestes, tempus, & huiusmodi cætera, quæ quamvis requirantur in ipso Sacrificio atque adeo eorum tractatio reduci etiam possit ad secundum huius Opusculi librum, ubi, ut modo diximus, agemus de iis, quæ ad Sacerdotem pertinent, dum actu celebrat, tamen hic magis æctus, propriusque locus esse videtur prærequiruntur enim ea, seu eorum electio, antequam Missa celebretur.

CAPVT PRIMVM.

De Vasis Sacris?

§. I. De Calice & Patena.

EX Rubricis Missalis Rubr. de prepar. Sacerdotis in Missæ reformato, apud Hurtad. disp. 4. de sacrificio Missali diff. 10. Calix & Patena debent esse ex auro, vel argento, si non totaliter, saltem, quoad cuppam. Possent esse ex stanno, concedit ob paupertatem Canon, cap. Ut Calix, de consecr. diff. 1. negatque posse esse ex ære,

vel aurochalco. Nam propterea tenent communem Theologi ex alia inferiori materia non posse: Adhucamen De lugo de Euch. disp. 10. sect. 4. n. 90. Romæ plerosque Calices totos ex ære, seu copro, Italiae Hispaniæ, & ceteris mirumque esse eos Theologos, qui in illis consecrantur, id non advertisse.

2. Verum de novo, vel ex dicto ære, vel ex præstanno fieri cuppam, non concedo. Ratio est præstanno consuetudo iam in re gravi nunc usurpata, & ab omnibus Ecclesiis ut gravis recepta, quæ simul cum præstanno rubrica Missalis videtur concessionem illam Canonicam revocasse.

3. At potestne esse ex gemma pretiosa? Respondetur Si sit aquæ atque aurum vel argentum pretiosius, non repugno. Rubrica enim, Canonique conceduntur aurum vel argenteum Calicem, concedunt impliciter pretiosum, id est gemmeum, modò tamen gemma dicti modi, ut non sit periculum, quod effingatur, vel quod imbibat sacras vini species, ut ex Henric. bene notat Fagnandez præcept. Eccl. 1. lib. 3. c. 21. n. 13. Constat dicto Ecclesiæ Valentiniæ, ubi magna veneratione creditur pretiosus Calix ex lapide agatha, seu smaragdo tradunt usum fuisse Christum Dominum in ultima Cena. Sic Gavanti. in Rubr. Miss. part. 2. item 1. lib. 3. c. 21. n. 26. Fagnandez n. 13. citat aliquos non negem Bedam cap. 2. de locis sacris affirmasse fuisse argenteo.

Illud etiam ex Granado tract. 14. de Euch. Miss. num. 3. libens concedo, quamvis in Rubrica Missalis formati præscribatur, ut Coppa Calicis & superius tenæ pars sit deaurata, id tamen non obligat gratiam sufficere ad vitandum mortale, quod sit ex argento in. o & ad vitandum veniale, quia ita usus obtinuit. 4. Atque ex hoc ultimo dicto conscientiam cum Sacerdotis olim sedavi, qui incidit in Calicem, & Patenam ex argento, & inaurato quidem, sed semicirculo aureo, ita ut partim aurea, partim argentea appareat, non potuisse ritè in illis celebrari, quia ad huiusmodi transpositionem, modo subit argentum, non adest, ut dicitur, saltem obligatio.

5. Dices. Si aurum maiori ex parte defuisset, ex alia parte emergere scrupulus posset, nempe quod auctoritas consecrationem. Respondedo neque hunc scrupulum iniciendum, dicam mox §. 5. n. 3.

§. II. De consecratione Calicis & Patenæ.

1. **C**alix, & Patena in quibus licet, ac ritè celebrari valet, esse debet consecrata canonice de consecratione, §. 1.

2. Consecrantur autem vel de iure ab Episcopo, vel ex Privilegio Romani Pontificis, qui ratissime illud concedit ab alio inferius. Ita Delugo de *Euch.* disp. 30. sect. 4. 1591. Debet tamen esse diversum privilegium, ab eo de benedicendis vestibus, de quo nos infra agemus nam in Patena, & Calice adhibetur unctio sacri Chrismatis, quæ non adhibetur in illis.

Privilegium primum consecrandi Calices.

AT invenitur tale privilegium alicui ordini Religioso, vel eius Prælati concessum? Respondetur. Triplex tale privilegium invenio. Primum est, ex Rodriq. in comp. res. 1. n. 7. pro Abbatibus concessum ab Innocentio VII. per quod possunt soli Abbates Corporalia, aliæque ornamenta benedicere Calicibus (intelligit etiam Patenas) ut etiam aras consecrare Chistifæcto sicut prius, ab aliquo Catholico Episcopo recepto, aliæque etiam pro usu exteriorum.

4. Notat tamen duo Rodriquez *ibidem*. Primo hoc Privilegio ipsis non licere uti extra Monasteria Ordinis, vel Ecclesias illis annexas, nisi de licentia Diocesani, aut Concilii Trident. sess. 6. de *refor.* cap. 5. est enim id excommunicatis in aliis privilegiis, tamen non in hoc Innocentij VII. quantum ad consecrationem eorum, in quibus Chistima intervenit non communicare, id enim non datur nisi veris Abbatibus, & quidem ex vi huius privilegij, benedicis licet ex vi aliorum, etiam non benedicis, ex Rodriq. in *com. ces.* 1. n. 3.

Privilegium alterum consecrandi Calices.

Secundum privilegium, quod hac re invenio, est illud concessum Patribus Societatis I. E. S. V. a Paulo III. licet debet non tam à Gregorio XIII. ut habet per errorem Portella in *dubij Reg. V. benedicere*, in *calic. n. 3.* per quod possunt prædicti Patres in locis remotissimis, puta Infidelium, vel fides sacerdotales, Palas Corporalia, Calices (intelligit pariter & Patenas) Altaria, cæmeteria, si Episcopus Catholicus, qui ea faciat, ibi non adhibet benedicere, ac profanatas Ecclesias reconsecrare.

6. Vbi notat primo idem Portella *ibid.* hoc privilegium cum prædictis limitationibus, cum non restringatur ad Abbates, ut præcedens, posse uti communicantes in privilegiis, quales sunt Fratres Minores: & idem dicitur de aliis Mendicantibus, qui tam communicant, quod certe est probabile. Licet Fagund. *præcept. Eccl.* 1. 1. c. 2. n. 1. id neget ex eo, quia hoc privilegium solum Sacerdotibus Societatis I. E. S. V. concessum fuisse con- stat.

7. Notat secundo illud (si Episcopus ibi Catholicus non est) quoad Prælatos Mendicantium intelligi solum pro consecratione Calicis (adde, & Patenæ, & Altaris) nam Corporalia, aliæque ornamenta, in quibus non intervenit Chistima, potest benedicere Prælati Mendican- tium solum ex alio privilegio, de quo infra *suo loco*; At Sacerdos non Prælati ex iisdem Mendicantibus solum potest uti hoc privilegio cum prædictis limitationibus, nam quoad Calices consecrandos, tum ad alia ornamen- ta benedicenda; cum enim, qui non est Prælati, non habeat ex se, seu sibi concessum aliud privilegium benedi- cendi Corporalia, habeat autem hoc præfens, sed mo- do dicto, limitatum, solo hoc, in remotissimis partibus illis, ut poterit. Cæterum, an ex aliqua tandem concessione, Sacerdotes non Prælati ex Mendicantibus possint benedicere benedicere Corporalia, & similia, dicemus *suo loco infra* c. 3. §. 2. n. 9.

8. Noto insuper tertio, neminem ex Societate hoc privilegio Calices consecrandi uti posse etiam cum prædictis circumstantiis, nisi specialiter alicui ipsorum concessum sit à R. P. N. Generali, à quo privilegia omnia Societatis dependent. Ita Ascensius Tamburinus

tom. 1. de iure Abbat. disp. 17. questio 1. n. 40. Confirmatur quia ex una parte, in compendio, nestorum privilegio- rum hoc exscriptum non invenitur: & ex alia ipse P. N. Generalis præscribit in præfatione dicti compendij, ne quis utatur privilegiis quomodocumque Societati concessis, quæ in dicto compendio, non sunt, nisi specialiter impetrentur ab ipso Generali.

Privilegium Tertium consecrandi Calices.

9. Denique idem Rodriq. comp. res. 13. n. 13. ait Pro- vinciales Indiarum ex Minoribus (Adde tu, & alios cum eorum privilegiis communicantes) posse be- nedicere, hoc est consecrare calices, Episcopis in Provin- cia non existentibus, per Bullam Leonis X. & Adriani VI. eandemque facultatem posse committere, & communi- care suis Fratribus. Quod privilegium diversum sanè est ab eo, quod modo retulimus n. 5. sed cum tere in idem coincidat, nulla indiget explicatione.

§. III. De pœna celebrantis in Calice non consecrato.

1. Peccatum mortale committi à celebrante in calice, vel patena non consecratis, quia sit contra præ- ceptum in re gravi, certum est, quare hic solum præ- sumimus an in iure incuratur aliqua pœna. Bonacina de *Euchar.* disp. 4. quest. ult. p. 9. n. 17. sic habet: *Contra eum, qui utitur calice ligneo, aut calice non consecrato consti- tuta est pœna depositionis ab officio & beneficio, cap. ult. de celebrat. Missarum.* Hæc Bonacina; quod fortasse sumptit à Suario de *Sacrament.* disp. 81. sect. 7. §. *Alia autem forma, qui sic ait (Et ideo in cap. ultimo, de celebratione Missarum deponitur Sacerdos, qui sine sacro calice conse- craverit.)*

2. Sed amabo te adeamus prædictum cap. ultimum, & videamus quid Episcopo Brixienti scribat in illo Ho- norius III. *Litteras tuas (inquit) recepimus continen- tes quod cum super excessibus presbyteri Ecclesie S. Brigi- de inquireret, confessus est quod cum quadam die hostiam, & calicem non haberet in pane fermentato, & scypho ligneo, Missarum solemniter celebrare presumpsit, & infra Intellecto iterum quod prædicta Ecclesia per multam diut. Presbyteri multipliciter ladebatur, inquisitionis officium iterum, ex eius Confessione invenisti, quod idem sine igne sacrificabat, & aqua. Cum igitur vel ex aperta malitia i vel nimia desipientia peccasse probeatur, mandamus, quate- nus officio, beneficio perpetuo ipsum privet Hæc Ho- norius.*

3. Vbi vides, Primum, hanc non esse pœnam univer- salem, sed illi peculiari presbytero infligendam. Secun- do, esse eiusmodi pœnam velis extendere ad omnes, certe ad omnes similiter delinquentes: At, si bene no- tas ut notavit *ibidem* Glossa, Sacerdos ille quatuor pec- cata commisit. Primum celebravit in pane fermentato, quod non licet in Ecclesia Occidentali. Secundò, in Scypho ligneo. Tertio, sine igne, hoc est sine candelis accensis. Quarto, sine aqua, quæ vino consecrando admiscenda erat; & contra hos omnes excessus, illa pœna privationis officij, & beneficij fulminatur à Pon- tifice. Quomodo ergo ad celebrantem, in calice non consecrato tantum, extendere velis; Tertio, licet, qui in scypho ligneo celebravit, supponatur in vase non consecrato celebrasse, & licet item supponamus, in hoc Sacerdotem illum duntaxat, & non in aliis deliquisse, certe, quis non videt minus esse in calice aureo, vel ar- genteo non consecrato celebrare, de quo casu nos lo- quimur, quam celebrare in ligneo scypho non conse- crato? cum igitur paria peccata non sint, cur pari pœna puniantur?

4. Stet igitur, non esse ullam pœnam infligendam con- tra celebrantes in calice, patenæque non consecratis.

§. IV. An Calix, adde & vestes, aliaque similia remaneant consecrata seu benedicta, si in illis non sacris forte quis sacrificet.

Calix, & Patena.

1. **Q**uamvis probabilis sit, cum Navar. Azor. Layman, Fagundez quos citat, & sequitur Delugo de Euch. d. 20. sect. 4. num. 9. & 92. hæc non remanere tunc consecrata, quia aliud est calicem sacrum, veluti ex naturali quadam consequentia, id quod sit per contactum sanctissimi sanguinis: aliud est, calicem deputari ad sacrificium, quod sit per benedictionem factam ab habente potestatem, quodque Sacri Canones semper requirere videntur. Tamen, est etiam probabile remanere consecrata. Ita Coninch. de Bapt. q. 66. art. 2. dub. unico, n. 15. sine, Niger Trimare. de Pryn. Celestin. apud Dian. part. 5. tract. 13. resol. 60. Ratio est, quia æquivalenter, limbo eminenter talis deputatio habetur per illum sacratissimum contactum. Favetque sanctus Augustinus allatus à Suario de Euch. d. 81. sect. 7. §. dico 2. circa medium, dum ait: Sed & nos pleraque instrumenta, & vasa ex auro, & argento habemus in usum celebrandorum Sacramentorum, quæ, ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur.

2. Idque puto, tum si bona fide, tum si mala quis in calice & patena non consecratis celebret. Sæpe Ecclesia, num. 19. Ratio est, quia quoad nostram rem, eadem est paritas, semper enim adest prædictus contactus. Scio aliquos agentes de sacrificio in Ecclesia violata peracto, ponere discrimen inter peractum mala, & peractum bona fide: sed profecto difficultur, quo ad id, de quo loquimur, aptum discrimen invenire poterunt. Sic Delugo disp. de Euch. 20. sect. 2. num. 62. Laym. lib. 5. tract. 3. c. 5. n. 13.

Corporale, Pixis, &c.

3. **D**ico de Corporali, & pixide, de custodia, seu sphaera immeritate tangentibus sacras species esse probabile quod acquirant sufficientem consecrationem, seu benedictionem, eo ipso, quod in illis sacra ministeria exhibentur. Ratio est, quia iam continguntur, suo modo, à Sanctissimo Christi corpore, unde omnis benedictio promanet.

Vestes Sacerdotales aliaque ornamenta.

4. **D**e vestibus Sacerdotum, & Altaris ornamentis dico, non statim, ac in ipsis celebrat Sacerdos, benedici. Ratio est, quia non habemus contactum Christi Domini, sicuti in prædictis. Sed quia, tum in vestibus, tum in ornamentis non requiritur tanta consecratio non est improbable sufficere eam, quæ ex ipso sacro ministerio in illa redundat. Ita Dian. p. 2. tr. 14. resol. 9. Gavant. in Rubric. Missalis, p. 4. tit. 19. n. 21.

Ecclesia Violata.

1. **D**e Ecclesia violata idem dico: esse nimirum probabilius ex sacrificio ibidem peracto Ecclesiam violatam non reconciliari. Ratio est, quia non adest sacer ille contactus, reconciliati, tamen, dico esse etiam probabile, idque propter parem rationem modo dictam de vestibus Sacerdotis non indigentibus tanta consecratione; cum enim purgare materiam iam semel consecratam opus facile sit, poterit haberi ex ipso ministerio, in ipsa Ecclesia violata, peracto. Adde & auctoritatem extrinsecam multorum Doctorum id asserentium. Ita Diana ibid. citans Castrum, Avilamque; item Sæpe. Eccl. num. 19. & Henric. lib. 9. de Missa c. 27. n. 6.

6. Obicit Delugo de Euch. t. d. 20. sect. 2. n. 62. contra hos DD. Si sacrificij dignitas Ecclesiam pollutam reconciliat, sequitur Ecclesiam reconciliari, etiam in sequenti-

bus casibus. Primum, quando mala fide celebratur, quando ibidem celebratur in necessitate ex tione Episcopi. Tertio, quando Sacros dos Canone, postea polluta Ecclesia, protequitur finem, sic enim facere debet, nam si non incipit nem, reliquæ obligatur Missam & discedit in his, inquam calibus reconciliata remanet. quia semper eadem est sacrificij dignitas. Alii obicit solvetur n. 9.

7. Hæc diluere pertinet ad prædictos Doctores tamen ego probabilem dixi coram. sententiam, etiam subij respondendi.

Ad primam ergo sequelam, libens illum propter rationem dictam n. 1.

Ad secundam, quid si etiam illam concedamus tamen Episcopus limitet pro illa sola vice, tum non ex vi violationis, sed ex vi talis prohibitionis poterit extra illam necessitatem ibidem celebrare, qui celebraret, non incurreret in penas furti in Ecclesia latas contra celebrantes in Ecclesia violata celebrantes in loco interdicto ab Episcopo.

Ad tertiam dicemus, per illam Missam inchoatam ante pollutionem, sed continuatam postea non reconciliari Ecclesiam, quia Canones per quandam in revigilantiâ sacrificij incepti, disposuerunt inchoatam apte violationem inceptoque Canone ac si tota absoluta fuisset, & veluti pertinere ad tempus ante dictam violationem. Unde cum missa non indicatur esse postea, non poterit à DD. dici per illam Ecclesiam violatam solvari. Neque ex canonibus positivis est spectanda prioritas, vel politia physica, sed sufficit plerumque moralis, seu canonica sacræ Canonibus disponentibus. Certè sic dicta violationem moraliter reputatur à iure hodierna, inchoatam ad recitandum matutinum huius diei: non videtur adine ad non laborandum die festivo. Sic etiam Missam mediam noctem Natalis Domini, quæ coram Summo Pontifice celebrari solet indicatur ex quadam fide seu dispositione Pontificis facta ipso sic volente post mediam noctem, seu pertinere ad diem sequentem nam propterea, qui illi interfuerit, satisfaciunt peraudiendi Missam in die Natalis. Sic Delugo de Euch. disp. 15. sect. 2. n. 57. Simili igitur modo Missa inchoata ante violationem, & absoluta post, disponitur à iure esse absoluta antea: & ideo tandem violationem nullatenus potest.

Ecclesia & Altare non consecrata, seu non benedicta.

8. Iam verò de Ecclesia non consecrata, live non benedicta, & altari non consecrato, si quis forte in illis celebrat. Dico certum esse nihil, & illis non remanere consecrata, nec benedicta, nec deputata ad sacrificium. Mihi quia non continguntur à sacratissimo Christi corpore, & sanguine. Aliis, tum propter eandem rationem ex absurdo, quia si ipso sacro ministerio factum fuerint, omnia Oratoria, & Altaria, etiam in Caltris tum etiam sub dio, essent consecrata & deputata ad sacrificium, postquam in eis ex quacunque causa consecratum fuerit, quod, ut clarum inconveniens, à nemine admittitur.

9. Quod si his obicias: cur Ecclesia violata ex probabilis sententia moro dicta n. 5. reconciliatur si ibi sacrificium peragatur, non autem consecratur, seu benedicitur si in illa consecrata celebretur? Respondere possum, quod ut ibidem dictum est, plus requiritur ad inducendam consecrationem, seu benedictionem in materiam profanam quam ad purgandam materiam iam semel consecratam seu benedictam.

§. V. Quando Calix, & Patena amittant consecrationem.

1. **A**mittitur consecratio per fractionem, vel per aliam diminutionem, quæ illa inutilia reddit, incepta ad usum sacrificij. Ita Delugo d. 1. c. de Euch. n. 93. Quare de quodam Calice, qui modicissimum men habebat in fundo cippæ, quod tamen promittitur

rea, cum diminutionem non passus fuerit, nequaquam alius est. Neque enim, si ferrum v. g. igne ad fornacem excandescat, diversum sit ab eo, quod erat.

Initas dum est ita igneus Calix, fit ineptus ad sacrificium, ergo iam amittit consecrationem. Respondeo etiam quando Calix immundus sinegmate, seu sapone, ut abstergetur, obvolvitur, est ineptus ad Sacrificium & tamen non amittit consecrationem: neganda est igitur consequentia, quia non fit ineptus veluti quoad substantiam, sed solum quoad circumstantiam accidentalem, quæ facit, & sine vasis mutatione tollitur.

6. Illa per hanc occasionem est aliquorum sententia corrigenda, non enim est verum, quod aliqui, universa- liter, affirmant: per ictum mallei Calicem, vel Patenam amittere consecrationem. Ita Azor. aliique quos citat & sequitur Tambur. de *jur. Abb. tom. 1. d. d. 23. quest. 3. n. 6.* Sane si per ictum frangatur, vel ineptus, quoad substantiam pro sacrificio fiat, amittere non est dubium: At si ineptus non fiat cur dici possit amittere: ex Bonac. de *Euch. d. 4. quest. ult. p. 9. n. 19.* amitteret, etiam si in terram, super lapidem Calix sine ulla prorsus mutatione concideret, quod nemo dixit. Imò licet aliquantulum tunc contorqueretur, ita ut mallei vi, cum dexteritate continuari possit, non amitteret; quia semper remanet idem consecratus Calix, ut ex dictis patet.

§. VI. De aliis Vasis in Sacro Ministerio adhiberi solitis.

Pixis, seu Ciborium, sphaera seu lunula, & quodcumque aliud vas, in quo servatur immediate sacratissima Eucharistia, ut item fistula aurea, per quam Sanctissimum Sanguinem, in Missa solemnī Summus Pontifex attrahit, consecratione non indigent, nec benedictione. Ita Suar. de *Sacr. d. 1. sect. 7. §. 2. obiter* Delugo de *Euch. d. 20. sect. 4.* Hurtad. de *Sacrif. d. 4. diff. 10* aliique. Quia tamen, in Rituali Romano ponitur propria Pixidis benedictio, benedicenda erit ex congruitate: quam doctrinam extendit Layman l. 5. c. 6. n. 22, ad vasculum, ubi servatur sacrum Christum.

2. Neque dicas: Calix est consecrandus, ergo, & Pixis: Ne id dicas, inquam, quia in requisitis à iure, non est aptum argumentum, à paritate, Adde & adesse congruentiam disparitatis; siquidem, in Calice, per se & semper, si Sanctissimi Sanguinis consecratio, per quam primo fit praesens Christus Dominus; in pixide verò, ut etiam supra Corporale, non nisi per accedens, si quando adiunt multa particula consecranda, per se enim sacratissimum Corpus, in manibus Sacerdotis consecratur. Quod hæcenus dictum à me est impugnat Diana. Is enim cum retulisset, mea iam dicta verba, incipiendo ab illo (adde, & adesse) sic habet. Hanc distinctionem in ordine ad reverentiam debitam Eucharistiae, nullus est, qui non videat esse metaphysicam; siquæ ex illa sequerentur, neque Patenam, neque Corporale esse consecrandum, vel benedicendum; quia in ipsis per accedens Corpus Christi consecratur. Nam, ut vult Tamburinus, Corpus Christi per se consecratur in manibus Sacerdotis. Sed hoc dicere est absurdum. Ergo, &c. Hæc Diana quæ in tribus placere non potest.

Primo, quia amittit argumentum, cui ego verè innitor, nempe ductum à non requisitis à iure.

Secundo, quia quam ego Congruentiam appello, ipse ita versat, ac si velum, illam esse convincentem rationem.

Tertio, quia hanc eandem Congruentiam inde impugnat, quod sequeretur Patenam, & Corporale non esse consecranda, vel benedicenda.

Sed quæso te, dividatur dictum, ne detur ansa labendi. Aliud enim est, loqui de Patena, aliud de Corporali: & aliud, de Consecratione, aliud de Benedictione. Nam primum quidem noster hic sermo est de Consecratione, non de Benedictione: sic enim proposui initio huius n. 2. [neque dicas Calix est consecrandus, ergo & Pixis] Cur ergo à Consecratione, amice Lector, transit ad Benedictionem? Deinde, aliud est decernere de Patena, aliud de

ex ita artificiose concinnare, ut vix præteritus defectu apparere possit; idque sine ulla calicis immutatione, dis-
am consecrationem amisisse; quia propter illud fo-
amen, unde sanctissima species exudabant, aptum ne-
quam remaneret ad sacrificium.

Hinc inferunt Doctores *ibid. & passim*: si in cali-
non tornatili, separatur per fractionem, cuppa à pede cum
fiat Calix ineptus ad sacrificium, per di consecratio-
nem: non per di autem in tornatili quia licet, fit partes
separatur, non fit aptus ad sacrificium, cum conse-
cratio fuerit in utraque parte per modum unius exhibi-
ta, tamen cum rursus partes conjunguntur, est aptus:
& ex alia parte est idem moraliter Calix, qui erat prius,
quare erit sicut prius consecratus: hæc enim arte fa-
da, ut v. g. horologium, si dissolvantur eius partes, &
iterum uniantur, eadem sunt, ac erant antea; non sic
fragantur, & iterum artificis ministerio compagi-
entur.

3. Quid si Calix (idem de Patena) argenteus in in-
teore cuppa inauratus perdat sensum omnem inauratio-
nem? Dico cum Hurtad. de *Sacrif. d. 4. diff. 10* non amit-
tere consecrationem, sicut etiam nec amitteret, si non
esset inauratus, & attritione paulatim nova superficies
appareret. Ratio utriusque est, quia semper remanet
idem Calix.

4. Dixi (Argenteus) nam si forte sit, de antiquiori-
bus (quales adhuc persunt Romæ) ex stanno, vel ære
inauratis, aurumque totum, vel ex maiori parte abra-
sum esset; propter aliud caput amovendum esset à sacri-
ficio, nempe, quia non esset ex apta materia, ut supra
vidimus. Dices: At tunc erat apta materia, & ex alia
parte nunc, quamvis ablato auro, idem Calix perseverat,
& consequenter per nos perseverat consecratio, ergo
cur erit amovendus? Respondeo. Urget hæc ratio, nam
propterea illud prius, quod nos diximus, esset consu-
endum, hoc posterius, quod tu urges, non condemnan-
dum.

5. Im Calix eiusmodi, ex cuius concavo abrafum
est paulatim totum aurum, si de novo ab Artifice inau-
ratur, amittit consecrationem, ita ut nova consecra-
tione indigeat?

Plures amittere putant Palad. Armil. Ang. Tabien.
Azor. Suar. Valq. Regin. Bonac. Hurtad. de *Sacrif.*
d. 5. diff. 10. & Dian. 2. p. 11. n. 15. ref. 3. Ratio præcipua est
quia ponitur nova superficies auri, quam superficiem
mox tæctorus est sanctissimus Sanguis, quæ cum tota
nova fit, consecrata non est. Neque dicas superficiem
esse accessoriam, & minus principalem, atque adeo de-
bere sequi partem principalem, quæ est totus Calix,
qui est ex dictis n. 3. consecratus; ne id dicas inquam
nam superficies, quamvis quoad quantitatem sit
minor pars tamen quia ipsa tangit immediatè sacras
species, pars magis principalis dicenda est.

6. Alij probabilius putant remanere consecratum.
Sic Delugo de *Euch. disp. 20. sect. 1. n. 95.* Dian. 2. p. 11. n. 15.
ref. 3. Laym. Coninch. ab eodem citati. Ratio præcipua
est, quia est idem Calix, sicut eadem est Ecclesia conse-
crata, si de novo dealbetur, neque enim oportet eam
iterum consecrare. Nec inauratio, ut dicunt prædicti,
est pars principalis, est enim accessoria, sicuti quando
pars modica Corporalis reficitur, etiam si refectio ea-
dat in partem, quæ occupetur ab integra particula, non
erit, nisi pars minus principalis, & accessoria.

7. Dices cum Suatio, si una cuppa subtilissima auri
poneretur intra cuppam talis Calicis, indigeret conse-
cratione; sed ita se habet illa superficies auri novi, ergo
&c. Respondeo, negando minorem, quia in nostro ca-
sa, est unum & idem vas, in casu Suatij, est duplex.

8. Dices iterum. At ad novam eiusmodi inauratio-
nem, igne opus est, atque adeo Calix videtur mutari, &
non remanere idem. Respondeo, certum est, si Calix ali-
quo tandem modo efficeretur alius, vel frangeretur
non esse in casu proposito, at si ut aurum superaddatur
Calix solum excanduerit, non erit mutatus, ac propte-

de Corporali. Aio enim, Corporale esse benedicendum ut dixi hoc eodem lib. 1. cap. 5. § 3. & item Pixidem esse ex congruitate benedicendam, ut dixi modo num. 1. quam solam benedictionem ipsis sufficere iura censuerunt.

Aio item, Patenam non indigere consecratione ex eo capite, quod in illa per se Christi Corpus consecratur: sed ex alio capite seu congruentia, quæ sufficiens visa est Ecclesiæ, eamque explicuit in oratione, quam Episcopus recitat in consecratione Patenæ. In Pontif. Rom. d. Consecr. Patenæ, & Calicis [Remus, inquit, Fratres Charissimi, ut divinæ gratiæ benedictio consecret, & Sanctificet hanc Patenam, ad constringendum in ea Corpus Domini nostri Iesu Christi, qui Crucis passionem sustinuit pro nostrum omnium salute.] Hactenus oratio. Quoniam igitur in Corporali, & Pixide, neque consecratur, neque per se constringitur Corpus Christi; Ideo iudicavit Ecclesiæ, satis ipsi esse benedictionem, eamque ex congruitate ducto ex contactu ejusdem Christi Domini nostri. At voluit in Patenæ, & Calice consecrationem adhibere quia in ipsis, constringitur Christi Corpus, & conficitur Christi sanguis. Ego autem in hoc n. 2. solum memini de Consecratione sanguinis, quia solum propositum fuit argumentum de Calice, non de Patenæ. Denique illud etiam hic observa, quod si Ecclesiæ non iudicatur, esse quid Metaphysicum, requirere consecrationem in Patenæ, quia in ipsa constringendum est Corpus Christi: nec iudicandum, quid Metaphysicum esse, requirere Consecrationem Calicis, quia in ipso Christi Sacratissimus Sanguis est conficiendus.

3. Nec item in iure determinata est materia, ex qua constanda sint Pixis, Sphæræ, & prædicta similia. Sic Suar. dist. sect. 7. Hurtad. d. diff. 10. Marchin. de ord. tract. 3. p. 3. c. 3. num. 6. consulendum tamen, fieri ex auro, vel argento: Quare si ex meliore materia fierent, ut ex solida gemma pretiosa, facilius acquiescerem, quam acquievi supra c. 1. §. 1. n. 3. in Calice, quia hic non est illud periculum imbibendi sanguinem.

4. Si propter paupertatem Pixis, vel Sphæræ fieret ex alia materia inferiore, v. g. ex stanno vel ære non fore mortale docet Suar. ibid. §. Tertio obiter, sub finem: multo ergo minus si ex ære inaurato.

5. Nota autem hic tria. Primum, hæc Vasa posse ab eo benedici, qui habet authoritatem benedicendi omnia ornamenta, præter ea in quibus adhibetur sacra unctio: in his enim iam illa non adhibetur. Sic Delugo de Euch. d. 20. sect. 4. n. 96.

Secundò, ibid. intra dictam Pixidem non esse necesse ponere aliud vas lineum benedictum benedictione Corporali; ut putavit Vasquez, ductus ex consuetudine cuiusdam Ecclesiæ; quia id, nec in iure fundatur, & obstat communissima aliarum Ecclesiarum consuetudo. Tertio (ut id obiter dicam) non valere illam paritatem. Calix, imò eadem Pixis plena particulis, quando fit consecratio, debet esse supra aram lapideam, ut infra c. 5. §. 1. n. 4. dicitur, ergo Pixis quando servatur cum Eucharistia in tabernaculo, debet eam servari super aram. Non, inquam valere, siquidem satis est, si servetur supra Corporale, ut contra Vasq. citatum, & non approbatum à Delugo d. 20. de Euch. sect. 4. num. 97. docet ipsa praxis, & quadam congruentia, quia nimirum in Pixide tunc non fit consecratio, sed quod consecratum est, custoditur.

6. Cætera Vasa, nempe Tabernaculum, seu Custodia, intra quam obferata Pixis custoditur; Phialæ seu Ampullæ, ubi servatur vinum & aqua; Pelvis & Vas, quibus manus Sacerdotis in Missa abluntur, & similia, utpote aliquantulo remotiora à sacro Ministerio, benedictione multo minus egent: Ex Suario dist. d. 81. de sac. sect. 7. §. ult. Munda tamen sint, quantum fieri potest, & reverentiam Sacramento debitam.

CAPUT II.

Quis cultus Sacris his Vasis, & similibus debeat.

1. Pura quæ sparsim hac de re suis in locis dicenda, ideo huc reducimus, quia hic colligere expeditius existimavimus.

Circa tria autem eiusmodi cultus versari poterimus, circa contactum eorum. Secundò, circa usum profanum, sive scilicet, quæ sacris his instrumentis ad usum communem, sive communibus utatur, seu ea convertat ad usum aliam de singulis.

S. I.

2. Certum est primò, Calices, & Patenas, quæ ad sacris Eucharistiæ speciebus sunt, & omnia, quæ in ipsum consecrationem, Christumque designant, ut Aræ, Agniquæ cerei non debere ex contactu, nec a manu, immediate, propter reverentiam, & scemini attingi: Attingere autem citra contactum non esse mortale, certum sit; imò si subsit causa carnalis; quia non videtur res ex se gravis, ac proinde iusta causa exculpationem facile admittens. Ita Sac. disp. 81. sect. 8. An sine causa sit veniale, morale disputabimus.

3. Dixi (vacua) nam quando continent sacra Eucharistiam, sicut etiam Pixides, Ciboria, & similia, do eadem continent, contingi sine mortali non sunt, nisi à Sacerdotibus, & in aliquo casu, de quo diximus in opusculo expedienda Commun. cap. 6. in illis, id requirente summa Christo Domino debita reverentia Eucharistiam ipsam, Christum & Oleum sanctum tangere, grave etiam quid est, unde à laicis, & clericis non Sacerdotibus tangi hodie non licet. Bonac. in 1. decal. præc. d. 3. q. 1. p. 4. n. 13. Azor. tom. 1. c. 9. q. 9. esto aliud tulerint præfata tempora quando Eucharistia in manus fidelium ab ipsis assumenda pergebatur Azor. ibid. q. 12.

4. Certum est secundò, alias vestes benedictas, nec sacram Eucharistiam immediate contingere, & Christum unguntur, ut sunt Mappæ, vestes Sacerdotales &c. esse concessum omnibus ea contingere. Sic Sac. disp. 8. de sacram. sect. 8. §. Tertium exemplum. Laym. lib. 5. tr. 5. §. 2. 6. n. 20. Idem puto de Sacris Sanctamentis liquiss, idemque quoties eas gestandis, sentio, licet eas thecis inclusas, gestare & transferre, imò & in processibus publicis portare laicus potest. Ratio horum est, quia hæc cum debita reverentia exhibere non est esse malum, & nulla in contrarium extat prohibitio, de Adoratione, p. 6. n. 15. Sanch. lib. 2. in decal. c. 43. nam alique satis superque diluunt.

5. Certum est tertio Pixides, Ciboria, Sphæræ, & lunulas, etiam si benedictæ sint, posse ab omnibus attingi sine ulla culpa, quando nondum sacram Eucharistiam continerunt. Ita Laym. l. 5. tr. 5. c. 6. n. 12. Ratio est, quia ex una parte sacro Chrismate non sunt unctæ, & Calices, & Patenæ & ex altera, reverentiam illam contactui sacrarum Eucharistiæ speciebus debitam non traxerunt.

6. Idem sentio de Corporalibus, Pallis, & Porcionibus, non solum quando ad sacrum usum nondum fuerunt adhibita, sed etiam quando post sacrum usum soluta fuerunt. Ratio est quia licet tunc ex Bonac. de Eccl. 4. q. ult. p. 9. n. 24. aliisque, non sint iterum benedicenda, cum per solam lotionem benedictio ab eis non deferatur, atque adeo simpliciter nova non sunt, tamen soluta, moraliter censentur perinde ac si essent nova.

7. Sed quid postquam hæc dicta num. 3. contingerent

fascias species, idque ante lotionem? Puto probabilissimum cum Laym. loc. cit. adhuc licere ea sine veniali ab omibus contingi. Ratio est, quia ex una parte hæc unctio sacra non afficiuntur, & ex alia non censentur sacrarum specierum solo contactu, tantam dignitatem contrahere, quantam ex unctioe sacra contrahit res consecrata.

8. Dices, posset evenire ut purificatorium 7.g. imbibit aliquid Sanctissimi Sanguinis ex usu sacro, quare nefas esset laico illud contingere. Respondeo id esse per accidens, & de raro, atque adeo non impedire libertatem illud contingendi. Sanè eadem Purificatoria post sacrum usum reponuntur sine delectu in Arcis: & Cistis profanis, cum tamen potuerit esse, ut ubi imbibitum adhuc remanserit aliquid sanguinis nondum exsiccatum, sed illo huius non habetur ratio, quia per accidens est: & tunc Angelorum erit officium præsentiam inibi Christi Domini, humiliter venerari.

9. Certum sit quartò, seu saltem multum probabile, Accolichos, inò & aliquos ex minoribus ordinibus vel etiam prima tonsura insignitos, posse sacra vasa vacua, aliisque dicta n. 2. extra Sacrum Ministerium contingere. Ita Suarez d. 8. de Sac. fact. 8. 3. Terrium exemplum, aliisque. Ratio est, quia iam sunt clerici, quorum officium est, & modi instrumenta, aliqua tandem majori ratione tractare. Dixi (extra ministerium) dum enim celebratur Missa, solum constitutus in sacris, & Accolichis concedit Suarez lib. 2. cap. non licet 2. dist. 23. & cap. nullus 1. d. 14.

10. Dices, abstinendum esse etiam extra Sacrum Ministerium Accolichis à contactu sacrorum Vasorum ob tres rationes, quas adducit Laym. lib. 5. r. 5. c. 6. n. 19. Primò, propter communem Doctorum sententiam. Secundò, propter Ecclesiarum praxim. Tertiò, propter styllum Curie Romanæ, quæ concedit tonsuratis, vel in minoribus constitutis, posse sacra vasa contingere.

11. Respondeo ad primam. Etiam si alius Doctor nobis non suppetet, sufficeret Suarez pro modo, pro ut loquitur Joan. Sanchez in fect. d. 4. 4. n. 1. Suarium commendans. Ad secundam, negat Suarez esse ejusmodi praxim: Extra Sacrum Ministerium (inquit) quilibet minister Sacer, id est, quocunque minori gradu ordinatus non peccabit contingendo hæc vasa, ut colligitur ex cap. non oportet, dist. 23. & ex usu qui videtur hoc etiam extendere ad ordinatos tantum prima tonsura. Hæc Suarez.

Vides? Layman pro se modo n. 10. dixit (propter Ecclesiarum Praxim) Suarez pro se dicit (ex usu) cui fides adhibenda? Sed certè, etiam si esset usus abstinendi à tali contactu, is nobis nihil obstarat, quia non constat esse introductum sub obligatione, ut in simili sæpè cum Doctoribus argumentari solemus, sup. lib. c. 2. c. 4. §. 2. n. 1. Ad tertiam, licentia à Sancta Sede frequentissime conceduntur ad tollendos conscientie scrupulos, vel pro amplectentibus opinionem contrariam, ut docent communiter Doctores, Suar. de Euch. d. 8. 1. fect. 8. §. 4. addendum, Castrop. tom. 2. r. 7. d. 2. p. 4. n. 6.

11. Unum ergo superest hic decernendum. An scilicet (circa necessitatem, & contemptum) sit saltem veniale laico vel scemina, nuda manu, extra ministerium sacrum tangere Calices, & similia dicta n. 2.

Saltem esse veniale, docent probabiliter Suar. Conine. mox citandi, aliique: Ego libenter assentior opinioni Scoti in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. §. Sed circa hoc quaritur, Barthol. ab Angelo de Miss. Dial. 5. §. 3. 2. aliorumque dictum nec esse veniale. Cui sententia multum favet. Sanchez lib. 2. in Decal. c. 43. n. 27. in fin. Castrop. tom. 2. r. 3. de Alorat. d. 1. p. 5. n. 24. & Sà V. Sacra, n. 3. & hic quidem sic habet: Sacra tangi à laicis sine contemptu, aut nullo peccatum est, aut levissimum. Hæc in impressione gemina: nam scio in expurgata, ibid. legi: Sacra tangi à laicis sine contemptu non est peccatum mortale. Scio, inquam hoc; sed ego cum voco Emmanuelèm Sà, ipsum vocari, & legi, non alium volo.

Suarez dist. 8. 1. de sac. fect. 8. §. Terrium exemplum; Coniug. de sac. quæst. 83. art. 3. d. 3. n. 149. aliique, qui in

Pars II.

tali contactu peccatum veniale cognoscunt, octo textus pro se, ad id probandum afferunt quos ad verbum hic exscribere, & explicare juvat, ut nimirum veluti manu palpemus, ibi, de hac re, nec mortalem, nec veniale obligationem imponi. Neque sic brevitati ostre injuriam facimus, licet enim viatori etiam festinanti, si spes lucri reluceat, ad aliquantulo longiorem viam, non nihil aliquando divertere.

Primus Textus ex dist. 23. C. Sacratas.

13. **S**acratas Deo faminas, vel Monachas, sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa Altare deferre perlatum est ad Apostolicam Sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione nulli rectè sapientum dubium est. Quamobrem hujus Sanctæ Sedis auctoritate hæc omnia vobis rescicare funditus, quanto citius poteritis, censemus: & ne pestis hæc latius divulgetur, per omnes Provincias, abstergi, citissime, mandamus.

14. Ubi vides primò locutionem esse solum de sceminis monachis, cur ergo prohibitionem ad omnes extendis? Secundò, mihi probabilissimum fieri, non loqui, hic, Pontificem, de mero sacrorum vasorum contactu sed de illo, qui adhibebatur, dum scemina ministrabant sacro, quod meritò semper Canones prohibuerunt, & tamen alicubi Monachæ, prætextu quod essent Deo dicatæ, Sacro ministrare non dubitabant. Quando igitur dicitur in textu (Monachas penes vos sacra contingere, & incensum circa Altare deferre perlatum est) illud (circa Altaria) cadit supra (contingere) & supra (deferre) ita ut, uno verbo, perlatum fuerit, Monachas circa Altare Missæ inservire. Conjectura optima est, quia id appellat Pontifex pestem, & quidem citissime abstergendam; at quæ pestis tanta est, merus contactus Calicis, qui per eisdem nostros adversarios judicatur res omnino venialis & levis; Non ita sceminas ministrare circa altaria, ipse enim mulieris aspectus facile inficit ad malum propensos hominum mores: nam propterea nomine pestis meritò vocanda fuit, tantoque rigore vitanda est, ut potius in necessitate concedatur, Sacerdotem sine ministro celebrare, ut infra dicemus, lib. 2. cap. 7. §. 5. quam ministrante circa Altare, muliere.

Textus Secundus ex eadem dist. 24. C. non oportet 1.

15. **N**on oportet Subdiaconos licentiam habere in Sacrarium, sive in Secretarium (id est Altare, habet hic Glossa) quod Græci hypodiaconum appellant, ingredi, & contingere vasa Dominica.

16. Vides Primò, id tantum prohiberi per verbum (non oportet) quod non notat præceptum, sed convenientiam ex communi sententia. Ita Suarez, lib. 3. de leg. cap. 5. n. 10. Sanchez, lib. 6. in decal. cap. 4. n. 37. Castrop. tom. 1. tract. 3. de leg. d. 4. p. 9. num. 2. Secundò, sermonem esse de ministrando circa Altare, ait enim textus (ingredi in altare, & contingere vasa.) Tertiò hunc Canonem vel usu, vel ex aliis ordinationibus jam abrogatum esse. Quis enim nunc negabit Subdiacono circa Altare assistere, & sacra vasa tractare? Subdiacono, inquam, cui propter hoc ipsum, datur in sua ordinatione Calix attingendus.

Textus Tertius ex eadem dist. 13. C. non oportet 2.

17. **N**on oportet in sacratas ministros licentiam habere in Sacrarium, quod Græci hypodiaconum appellant, ingredi & contingere vasa Dominica.

18. Vides, hunc textum esse ferè eundem cum præcedente: solum enim, ibi, loquitur de Subdiaconis, hic de sacratas, hoc est, ut habet Glossa, de personis non sacris, atque adeo laicis: nam etiam prima tonsura insigniti, sacri appellantur apud Canones; utpote,

jam

jam clerici, de sorte Domini. Ita Castrop. tom. 2. tract. 8. disp. 1. Azor p. 6. n. 24. citans Suarium, & Canones. Sensus igitur est ministros laicos non convenienter inservire sacro, quod tamen, saltem, quoad Missas privatas, consuetudine, jam abrogatum est; quia ubique locorum, laicos ministrare, æquo animo, & sine ulla indecentiæ specie, immo, quando qui ministrant, sunt viri nobiles cum laude passim videmus.

Textus Quartus ex eadem dist. 23. C. non liceat 1.

19. **N**on liceat cuilibet ex lectoribus, sacra Altaris vasa portare, nec aliis, nisi iis, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.

20. Nota illud (portare) quod Glossa, hic, Hugo, & Archidiaconus explicant portare in processionibus publicis, & dicunt, ea vocari vasa sacra, in quibus continentur sacra Sanctorum Reliquiæ. Sed quoad hoc esse ipsa consuetudine revocatum hunc textum, docet Sanchez lib. 2. in Decal. c. 43. num. 26. Quare licet hodie tum lectoribus, tam laicis ea portare; proferat sicuti illud laicis, sine scrupulo, portare in processionibus Cruces licet. Quod si Sacrorum vasorum nomine intelligas Calices, Patenas, &c. sicut intelligit idem Sanchez ibidem, adhuc nota textum dicere (portare, nec contingere) ex quo conicimus non esse sermonem, de simplici contactu, sed de illo, qui addit gestationem, quæ solet fieri intra ministerium sacrificij. At jam diximus n. 9. id intra Ministerium sacrum, competere ex officio solis constitutis in sacris, & ad summum, Acolithis: nos autem, hic loquimur de contactu, extra Ministerium sacrum.

Textus Quintus ex eadem dist. 23. C. non liceat 2.

21. **N**on liceat cuilibet Ministeria tangere, nisi Subdiacono, aut Acolitho in Secretario vasa domini.

22. In Secretario, inquit, Glossa, hoc est in loco, ubi sacra vasa ponuntur, ne sit contra id, quod supra negatum fuerat Subdiaconis, dum, ut vidimus n. 15. dictum fuit, in cap. non oportet. 1. non oportere Subdiaconos licentiam habere in Secretarium ingrediendi, ubi eadem Glossa voluit, nomine Secretarij, significari Altare. Sed melior est explicatio eorum, qui fatentur in uno Canone ex his idem concedi, quod negatur in alio; id tamen fuisse diversis temporibus, pro ut res, & circumstantiæ tunc exigebant. Ita Suarez, de Euch. d. 81. sect. 8. §. 3. exemplum. Verum, quantum facit ad nos, vides, hic, non agi de simplici contactu, sed contactu in Secretario, hoc est, de eo, qui adhibetur, dum ministrator sacro, qui solum constitutis in sacris & Acolithis competere ex hoc eodem cap. non liceat 2. docuit Suarez à nobis allatus n. 9.

Textus Sextus ex dist. 1. de Consecr. C. In sancta.

23. **I**n sancta ac Apostolica sede statutum, ut sacra vasa, non ab aliis, quam à sacerdotibus, Dominiq. dicatis contrahantur hominibus. Indignum enim valde est, ut sacra Domini vasa, quacunque sint, humanis vasis ferantur, aut ab aliis, quam à Domino famulantibus eique dicatis tractentur viris; ne, pro talibus presumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo, & hi etiam qui non peccaverint, mala patiantur, aut pereant, quia perit iustus sapissime, pro Impio.

24. Nota illud (contrahantur) idem enim est, ac illud, quod paulo post dicit (tractentur) sensus ergo erit, vasa hæc sacra, non debere tractari, seu intromitti in profanis vasis; id, quod longè diversum est ab eo, de quo hic disputamus. Confirmatur ex illis verbis [humanis vasis ut serviant], & ex illis [ne pro talibus presumptionibus iratus Dominus &c.] quod certè significat aliquid multo gravius, quam sit simplex, cuiusque contactus: significat

enim gravem illum contemptum, quo sacris vasis usum profanum, qui uti præsumit.

Textus Septimus ex eadem dist. 1. de Consecr. C. Vestimenta.

25. **V**estimenta Ecclesiastica, quibus Dominus servatur & sacra debent esse & honesta, quibus in vasis non debent frui quam in Ecclesiasticis & honestis officiis, que nec ab aliis debent contingi, aut ferri à laicis hominibus, ne ultio, qua Balaasar Regem propter hæc transgressientes, & talia præsumentes, corruere eos faciat ad ima.

26. Hic Textus, qui non loquitur de vasis, sed etiam magis explicitè, de vestimentis, quatenus ne explicatur ab ipso Suario, de Euch. d. 16. sect. 8. exemplum, satis pro nobis erit, ejus hic exemplum proferte. In a vestimenta (inquit) loquitur Septima generaliter de vestimentis Ecclesiasticis, que non aliis debent contingi, aut ferri nisi à sacerdotibus, quia verba aut præceptum non continent, quia illud certum debent non videri in rigore significare obligationem, de gentiam quandam: aut non intelliguntur de quibusdam, sed de illo, qui ordinatur ad profanum, & communem usum, ut ex antecedentibus verbis potest non diffingi, vel certè si admittamus ibi præceptum, dicendum est consuetudinem abesse, quo ad hanc partem. Hæc pro Suarez.

Textus Octavus ex eadem dist. 1. de Consecr. Ad nuptiarum.

27. **A**d nuptiarum ornatum divina mysteria non sistentur; ne dum improborum contactu, profanis secularis luxuria polluantur, ad officia sacri mysterij tractur indigna.

Hic, sermonem esse de contactu in ordine ad usum profanum, ex ipso litterarum aspectu, satis patet.

Atque hi sunt à Suarez aliisque hæc de re contrarij citati textus, quibus accuratè inspectis, merito præferre potuimus, probabilem esse sententiam, nullum prædicto contactu veniale peccatum agnoscentem.

§. II. Loto Sacrorum.

1. **C**ertum est Corporalia, Purificatoria, & lavari, saltem ex convenientia debere à Diacono in vase ad hoc præparato, lotionemque ministrari esse in Pileum Sacram, seu Sacrarium, quod, hic, aliud est, nisi locus in pariete, seu sub terram defossus, ab aliis profanis vasis separatus, in quem hæc omnia similia projici ob reverentiam solent. Ita Suarez, de Reg. aliique passim apud Bonac. de Euch. d. 4. quæst. 1. part. 10. n. 22.

2. Notant autem communiter Doctores idem, intelligendum esse de prima lotionem, nam hæc potius communis habitas possunt laici sine scrupulo, & faciente præsertim sacra Virgines, ea melius lavate, tergentes, reficere.

3. Dubium ergo superest. An si laicus, sine necessitate ea in prima lotionem lavet, peccet. Et non potest quidem mortaliter certum sit, quia non est materia gravis; Peccati autem venialiter multi supponuntur, eo quia si ea tangere, ex ipsorum sententia, non habet sub culpa veniali, multo magis, non licet lavare. Sic Suarez, de dispensatione de sac. d. 1. sect. 8. §. 4. adducit alique.

4. Verum probabile est, nec esse veniale, licet si optimum consilium ut à Diacono, vel Subdiacono, laventibus ad id privilegium, in prima lotionem, laventur. Ratio est, tum quia Doctores, supra probabiles, docentes non esse veniale tangere, videntur etiam probabiliter docere nec esse, lavare: in lotionem enim, aliud tandem intervenit, ut idem Suar. ibid. faciat, qui

quidam contractus: tum quia, ut ibi, ita hic non constat impositam esse obligationem sub ullo præcepto, ut iam ex sequenti textu, quem adversarij communiter afferunt apparebit: est autem huiusmodi cap. nemo. 2. de consecr. dist. 1.

9. Nemo per ignorantiam. Et infra: *Pallas vero, & vela Sanctuarij, si sordidata fuerint ministerio Diaconi cum humilibus Ministris intra Sanctuarium lavent non eicientes foras à Sacrario; & velamina Dominica mensa abiciant, ne forte pulvis Domini Corporis, decidat.*

6. Vbi nota Primo huic Canonis quoad vela, factum iam usu ipso derogatum esse; id quod disertè docet Glossa v. & vela, quæ sic habet: *Et vela, id est, ornamenta, vel vela, id est, corina. Huic hodie derogatum est consuetudine generali.* Hæc Glossa.

7. Nota Secundo, illud (*Palla*) intelligi de Corporalibus, ut habet Glossa c. *Altaris palla*, d. 1. de consecr. sed à Doctrinibus, propter identitatem rationis merito extendi ad Purificatoria, Calices, Patenasque.

8. Nota Tertiò hunc textum concedere prædictam obligationem Diaconis cum humilibus ministris, cur igitur plures Doctores id coarctent ad unum Diaconum? Si licet igitur meo intellectu, hunc Canonem explicare, senserit ut Diaconi tanquam iis quibus cura Sacrorum incumbit assistant, minores ministri lavent; tunc enim rectè dicitur Diaconus cum ministris lavare, sicut Dominus, cum Ancillis, dicitur domus servitia exhibere, illa scilicet dirigente, his exquentibus.

9. Nota Quartò loquendo de iis, qui ministri Ecclesie non sunt, atque adeo de laicis, puto, iis nequaquam in hoc textu prohiberi, ne sub veniali quidem, primam purificatorum lotionem. Ratio est, quia, ut patet ex littera; nullum verbum est ostendens obligationem cuiusmodi: solum enim dicitur (*Diaconi, cum ministris lavent*) hoc autem imperativum, nec ex se significat prohibitionem sub peccato in opinione probatissima; & multo magis hic ex Pontificis mente qui explicare duntaxat in hoc textu intendit, id esse officium Diaconum & ministrorum, cæterum an ab aliis fieri idem possit, nec abnuat, Ita Caët. Cast. Carth. apud Castro. T. 1. d. 1. de leg. p. 9. m. 3. alique. Sanè si quis ita dicat: *Offitij ianua Ecclesia aperiant*; ostenderet quidem officium Offitij, non tamen prohiberet, quod minus ab aliis, quamvis non ex officio, aperiiri Ecclesie ianua possit.

10. Dices Suar. *disp. de sac. 82. sect. 8. §. 5. addendum*, postquam retulit hunc eundem textum, ita subdit: *Quæ omnia servanda sunt saltem in prima lotionem, hoc enim nulla consuetudine abrogatum est, neque rationabiliter derogari potest, ut notat Sylvester.* Hæc Suar. Respondeo nos hæc non asseruisse, hunc textum esse abrogatum consuetudine, sed in illo non ferri legem, sub peccato prohibentem.

11. Sed quæro te, expende, an verum sit quod hic textus non sit abrogatus. In illo quatuor à Pontifice ordinantur. Primo, ut *Palla*, id est Corporalia sordidata laventur. Secundo, ut laventur à Diaconis cum humilibus ministris. Tertiò, ut laventur intra Sacrarium. Quartò, ut non proiciatur lotio foras à Sacrario. Ex quibus illud secundum, quod laventur in prima lotionem à Diaconis, ubinam locorum servatur; lavantur enim à Subdiacono & à dictis sup. m. 5. Et illud tertium, quod in eadem prima lotionem, laventur intra Sacrarium, quotus quisque est, qui hodie observat? lavantur enim passim à ministris ubi libuerit in pelvi, quamvis observent illud quantum quod non proiciunt lotionem foras à Sacrario. Si ergo de facto aliqua ex dictis sunt, etiam per timoratos abrogata, non debuit universaliter dici à Suario ea quæ in prædicto capitulo ordinantur abrogari rationabiliter non posse.

§. III. Vfus Sacrorum ad profana.

1. Tertum est, mortale ex se esse Sacris vasis & vasis, eadem forma, atque adeo eadem benedictione vel consecratione manente, uti ad usum profanum.

Part. II.

num Exempla ponit Suar. *disp. de Sacram. 81. sect. 8. par. 4. Quarto addendum, iuncto par. 4. Ultimo pertinet, ut si quis v.g. uteretur Calice in communi mensa, vel Palla benedicta ut communi linteolo, aut Sacra veste ad profanam representationem, vel ludum: id enim præferret contemptum quendam, & vix potest à mortali excusari.* Hæc ille; sane præcendendo à parvitate materiæ; nam cæterum, quis diceret, si mel sudorem abstergere mappa benedicta, vel quid simile, esse mortale? in super locutio est de rebus quæ solent consecrari, vel saltem benedici, nam ut v.g. ad nuptias, vel communem usum, tapeto, candelabris, pelvi, immo, & manutergio, & similibus in Missa adhiberi solitis, cum satis mediata interserviant ministerio sacro, non est peccatum: sicut enim sine scrupulo, utimus v.g. candelabris profanis ad ornandum Altare, ita, & è contra licebit (si fiat sine contemptu uti candelabris Ecclesie ad ornandas ædes profanas, non quidem semper, & indifferenter) id enim præferret implicitum contemptum, sed in aliqua solemnitate non sacra forte occurrenti. Nam dum in cap. ad nuptiar. de consecr. dist. 1. vetatur non ad nuptiarum ornatum divina ministeria præstentur, locutio non est, nisi de consecratis, vel ad summum de benedictis, id quod clarè insinuat illud appositum (*Divina*)

2. Dictum est autem (*non mutata forma*), nam ea mutata, atque adeo deperdita consecratione, seu benedictione, licet conveniens sit, prædictas vestes, & vasa nunquam applicate profanis usibus, tunc enim vel ferventur ad aliud sacrum usum forte apta, vel si ad nullum sint utilia comburantur, cineresque in Sacrarium, iuxta directionem Sacrorum Canonum, cap. *ligna*, cap. *Altaris de consecr. dist. 1.* proiciantur, tamen probabile est, non esse nec mortale nec veniale, si sic mutata forma, ad profanos usus applicentur. Calix ergo contractus Casula, vel Alba dissuta, frustula inveterati Corporalis, vel purificatorii, ligna, & lapides diruti templi, &c. poterunt, quantum est ex hoc capite, vendi, usibus communibus applicari, & ut profana nobis usui esse. Ita Castrop. T. 2. v. 8. d. 1. p. 6. n. 24. Ratio præcipua est, quia, ex una parte, non adest clara prohibitio, & ex alia, res, dum mutat formam, amittit consecrationem, ergo non est Sacra, ergo profana, ergo, si tunc applicabitur profano usui, res profana applicabitur, non sacra. Alias rationes & explicationem aliquorum textuum, quia rectè proficitur Castrop. loc. cit. apud ipsum lege. Sicuti etiam apud Suar. de Sac. d. 71. sect. 8. §. 4. addendum leges consuetudinem, mortuos Sacerdotes sepeliendi indutos vestibus Sacris, non esse usum profanum, nec contra Canones, ut ipse rectè expendit.

Questio incidens de Candelis, & Ramis Palmarum Benedictis.

3. Dum hæc scriberem incidit dies Purificationis Beatissimæ Virginis, & inter colloquendum cum amicis exorta est questio, an candelis eo die benedictis possimus (citra contemptum) uti ad communes usus, sine peccato etiam veniali? Possè uti diximus, quia hæc benedictio non est introducta cum tanto rigore ab Ecclesia ad solum usum Sacrum.

4. Confirmabam Primò, quia in prima oratione qua candelæ dicto die benedicuntur, sic habetur: *Te humiliter deprecamur, ut has candelas ad Vfus hominum, & sanitatem Corporum, & animarum sive in terra, sive in aquis, &c.*

5. Confirmabam secundò, quia etiam benedicuntur die Paschatis, agni, ova, &c. ad usum communem.

6. Confirmabam tertio, quia nemo scrupulum sibi iniicit, quod panem benedictum die S. Blasij vel S. Antonij, ut moris est apud aliquas Ecclesias, vel truncos Palmarum benedictos, vel benedictos Carbones die Sabati Sancti, assumat ad communem usum: si enim supersint in quantitate, quis est, qui illum panem non comedit, & illa ligna Carbonesque communi usui non assignat? immo reliquias panis, vel decedentes palmarum

eiusmodi, vel olivarum frondes, quis est qui pedibus in terra proteri, cum scrupulo culpæ, putat? Similiter igitur putandum est de Candelis, & propter paritatem rationis, de Aqua, Incensoque benedictis, & similibus. Atque ratio horum omnium est, iam dicta, quia non cum tanto rigore, in his modicis benedictionibus agitur, vel agi intenditur ab Ecclesia.

§. I V. *Ufus prophanorum ad Sacra.*

E Contra prophanas vestes, vasaque, licet applicare ulibus Sacris, & Sacrificio; Dico licere, live mutata forma, siue eadem forma remanente, si sic apta sint ad usum Sacrum. Ita Suarez *ibidem*, §. *sed quæres* & Castrop. *Tom. 3. tr. 8. d. 2. p. 6. n. 25*. Licet v.g. ex veste ferica muliebris, formare planetam Sacerdotis, & linteolum vulgare convertere in Corporale, vel Purificatorium semper intelligendo, ut, ubi requiritur benedictio, vel consecratio, ea adhibeatur. Ratio huius doctrinæ est, quia in huiusmodi applicatione non apparet specialis indecentia, & ex alia parte, nulla adest (ut expendit ibidem Suarez) prohibitio. Immo non vulgares modo domus, sed etiam Idolorum templa in Sacras Basilicas fuisse conversas, atque ad hoc fieri exemplum pro cæteris rebus, passim testantur historiae.

2. Ad argumentum in contrarium quod hic solet adduci, ex privilegiis quæ ad hoc conceduntur à sancta Sede, respondetur, sicuti in simili responsum est. §. 1. n. 1. *fine*.

De Mappa profana, an assumi possit ad Sacrum; & deinde reddi ad usum pristinum, vide infra c. 5. §. 2. n. 3.

C A P V T III.

De Vestibus Sacerdotalibus.

§. I. *Quibus, & quot vestibus indiget Sacerdos ad Sacrificandum.*

P Ræter habitum, quem sacerdos honestum, & quidem usque ad talos ex decencia, habere oportet, sex Sacris vestibus eget, ut ritè Sacrificet: Amictu, Alba, Cingulo, Manipulo, Stola, Casula, seu Planetæ. Præter Amictum, & Albam, quæ ex lino vel cannabe contexta esse debent ex Azor. *p. 1. l. 10. cap. 28. quæst. 8.* (an possit ex Gossipio dicam infra, cap. 5. §. 3. num. 3.) cæteræ quatuor sint ex quacumque decenti materia quod pretiosior est eò melior. Sic Suarez, *de Sacram. d. 81. scilicet 2. §. 2. est observandum*. Colorum diversitas in diversis Missis non est de præcepto, sed de convenientia. Cave autem ne prædictæ Vestes sint valde attritæ, sicut, ne reliqua sacra suppellex sit valde immunda, peccaretur enim mortaliter, ex Suarez *de Sacram. d. 81. scilicet 6. §. ultima pars*, si enormiter esset talis: id quod reverentia Christo Domino debita persuadet. Nota tamen illud (enormiter) difficulter enim ex Suar. *ibidem* ex hoc capite nisi vere desipiens sis in mortalem culpam incidere tibi contingeret. Audi insuper Layman. *lib. 5. tr. 5. c. 6. num. 15*. te aliquando excusantem. Interdum, inquit, Sacerdos subditus, si superiorem, ut vasa mundari, vel munda servari curet, admonuerit, nihilque effecerit, excusatur, propter Sacrificandi necessitatem.

2. Post usus esse Stolum pro Cingulo, Manipulum longum pro Stola, Stolum pro Manipulo, quia hæc perinde se habent, docent aliqui probabiliter cum S. *Missæ n. 9.*

3. Sed quid, si quis, aliqua ex his vestibus carens sacrificet; Respondeo. Ex genere suo peccat mortaliter, quia contra præceptum grave, & ita ab Ecclesia receptum, delinquit. Ita Fagund. *Eccles. præcep. lib. 3. c. 23. n. 15*. Dico [ex genere suo] nam propter parvitatem materiæ excusaretur à mortali, ut v. g. si Cingulum non adhiberet. Quidquid neget Filliuc. *tom. 1. tr. 5. num. 150*,

cur enim hic, ut fere in aliis materiis, hæc parva noxenda non sit? Imò in hac de qua agimus, materia, excusari etiam à veniali ob casum fortis, probabile est; quia necessitas videtur huiusmodi excusandum curi, qui omittit rem ex se leve.

4. Gradus vero necessitatis non est hic valde accipiendus. Quare necessitas audiendi, & voluntatis tentationem, & eo remedio supercedendi, Sacerdoti non diviti opportunitas elemosinæ, perque in prædicta parvitate, etiam à venialitate excusabit. Ita Diana *p. 2. tract. 14. res. 88. n. 5*.

5. Hinc fit, ut quamvis deficiente aliqua ex maioribus, v. g. Alba, Casula, &c. deobligando, vel audiendo Sacro, in die præcepti, quæceptum non obligat, nisi quando Missa haberi modo potest; non deobligamur tamen, deficientes ex minoribus, quia tunc, ut dictum est, potest etiam. Quamvis si deobligari etiam tunc velis, possis tibi sequi opinionem contrariam, quod solent (deficiente aliqua ex minoribus) licet Missam habere licite quis sine aliqua ex his maioribus vestibus omnia sacrificare, ut mortem v. g. vel gladium evitet?

Respondeo. Si mecum incutitur in contemptum religionis, certum est, quamlibet, etiam levissimam, tere, esse mortale. At, si sit in alium indifferenter, v. g. ad hoc, ut alij intersint Sacro: tunc ex generali, quod præcepta humana non obligant cum dispendio, non esse peccatum, etiam graviores istas omittite, probabiliter nonnulli docent cum vart. in man. cap. 1. §. num. 84. Hurtad. *de Sacr. diff. 21. c. 10* nonnulli negent cum Suarez *de Sacram. d. 72. scilicet 2. §. Secundo dicendum*, quia non potest accedere in Sacrificij irreverentiam, Sed alij probabiliter distinguunt, asseruntque sine aliqua ex gravioribus dicto metu inculso ob finem indifferenter, potest que peccato celebrari; sine omnibus, nequaquam licet.

gund. *præc. Eccles. 1. lib. 4. cap. 23*. Favetque Suar. *de Sacram. item Marchin. tr. 3. p. 5. cap. 14. n. 5*. Ratio est, quia in vestibus non evitabis scandalum, & irreverentiam magis sine aliqua dumtaxat, evitari posse probabiliter non est.

§. II. *De Benedictione Vestium Sacerdotalium.*

Idem est, uti Vestibus non benedictis, ac nullis. Ita Fagund. *1. Eccles. præcep. lib. 3. c. 23. n. 17*. Suar. Unde, quæ modò dicta sunt de parvitate paræ, & in casu necessitatis, hic pari modo sunt agenda.

2. Vnam limitationem addo dictis num. 6. V. enim gravioris mali metum requirit, qui l. cit. hoc Sacrum sine vestibus Sacerdotalibus, modo ibidem dicto, quam cum illis, nondum benedictis. Ratio est maioris scandali, maiorisque irreverentie periculum est illo, quam, hoc modo: quis enim non magis scandalizetur, si videat Sacerdotem in vestibus communibus celebrantem, quam si videat eundem, celebrantem in vestibus Sacerdotalibus, licet sciat nondum esse benedictas? Idem dic de irreverentia.

3. Illud denique adverte, non debere esse illatum in inquirendo, an vestes, aliaque Sacrificij instrumenta sint benedicta, nisi aliqua particularis ratio ostendat. Quare rectè Soto apud Azor. *p. 1. lib. 10. c. 27. n. 1* notat, quando hæc rei divinæ inservierunt de more, quando offeruntur à paroco, nihil esse inquirendum.

Debet ergo hæc vestes esse benedictæ minimum primo ab Episcopo, vel secundo, ab habente privilegium ea benedicendi; vel tertio in probabilibus opinionibus ab ipsomet Sacrificio.

De hoc tertio dixi supra cap. 1. §. 4. n. 4. De primo & secundo, est hic aliquid explicandum.

Facile Episcoporum benedicendi Sacras Vestes.

4. In hac Episcoporum potestate non est valde improbandum: solum id adverte: adesse, merito, Sacra Congregationis declarationem, Episcopum non posse hanc potestatem Sacras vestes, aliaque similia benedicendi delegare simplici Sacerdoti. Sic Possivinus de officio curati cap. 2. de Sacrificiis. 37. & alij apud Gavanto in Rub. Miss. p. 4. tit. 16. n. 23. Ratio est, quia hæc potestas non pertinet ad jurisdictionem, sed potius rectoris Episcopi, qui est consecratus. Atque hinc fit, quod neque potest eam delegare suo Vicario, quia is potest, quod non sit Prælati, in hoc venit nomine Sacerdotis simplicis.

De Privilegio Mendicantium Sacras Vestes benedicendi.

1. Primum Privilegium concessum est ab Innocentio VIII. viva vocis oraculo, Congregationi Sanctæ Justitie de Padua, & consequenter Mendicantibus, & participantibus cum illis, quo Abbates, & Priores principum regum habentes, unde, & Præpositi, & Rectores, & Guardiani, simulque Superiores, possunt benedicere Corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta Ecclesiæ, & ad eorum divinum pertinentia, & tam siæ Eccl. siæ, quam etiam undecumque delata. Ita in Compend. privileg. Sæc. Jss. V. Benedicere, §. 3.

Hoc privilegium, quoniam viva vocis oraculo concessum sit ab Innocentio VIII concessum est etiam per Bullam à Leone X. Fratribus Minoribus: (& consequenter participantibus) quamvis pro suo usu tantum. Apud Bullar. Ratiq. Bulla 6. Leonis X.

6. Secundum, de hac re, privilegium est Sixti IV. qui concessit, quod omnes Fratres Minorum (& consequenter participantibus cum illis) possunt benedicere paramenta Altaris, Missalia, & indumenta exceptis Corporalibus dumtaxat Portell. in dub. Reg. V. Benedicere, in addit. n. 3.

Nota, hoc privilegium esse pro religiosis Sacerdotibus, etiam non Superioribus, illud dictum, n. 5. solum pro Superioribus.

Nota insuper cum Portella ibidem, ipsis Minoribus esse hoc ipsum restrictum in dicto capitulo Meclinsensi, ut soli provinciales, Custodes, & Guardiani possint. Adde tamen idem hanc concessionem, ut jacet, esse in usu quod partes Dominicanos.

7. Petes, Suntne hodie universaliter restricta hæc duo privilegia à Sacra Rituum Congregatione, ut solum Regularibus pro suis usibus, non vero pro usu externorum, possint illa benedicere? Respondeo. Aliqui cum Gavanto in Rub. Miss. part. 4. tract. 19. n. 12. Lezana v. Altare, num. 1. docent esse restricta; negant alij cum March. de ord. 3. p. 1. c. 11. num. 3. Tambur. de jur. Abbat. tract. 1. d. 93. 4. cum quibus sentio. Ratio est, quia constat de privilegio, non vero de ejus revocatione. Quare, præter Superiores Societatis, quibus restrictum est privilegium, solum pro proprio usu, ut habetur in Comp. Privileg. Soc. Ista v. Benedicere, §. 3. & præter Minores, quibus etiam restrictum est pro suo usu in prædicto c. Meclinsensi, alij poterunt, undecumque illa afferantur, si ipsis limitatum sit à suis Generalibus non fuerit.

De his vide nonnulla peculiariter pro nostris ex Societate, præsertim pro Rectoribus Seminariarum apud Delugo lib. 1. resp. m. d. 39.

§ III. Quandonam vestes Sacra amittant benedictionem?

Amittunt, quando sunt ineptæ ad usum Sacrificij, ineptæ autem sunt, statim atque perdunt figuram, si quia benedictæ fuerunt. Ita Hurtad. de sacrificio d. 1. diff. 1. alique. Unde si Manica Albæ separaretur ab ipsa Albâ, recederet benedictio, quia sic ineptæ evasit

Part II.

ad Sacrificij usum. Quod si Albâ sit ejusmodi, ut ejus manica globulis, vel funiculis ipsi adnectantur, ut etiam Planeta, si ejus pars anterior resticulis cum int. riori connectatur; certe per disjunctionem, quando iterum ad usum unietur, non amittet benedictionem. Sic Delugo disp. de Euchar. d. 20. sect. 4. num. 93. & 99 Ratio est, quia, ut supra cap. 1. §. 5. num. 2. de Calice tornatili diximus, remanet eadem vestis.

Quadam propria de Cingulo.

2. Si Cingulum rumpatur in duas, v. g. partes amittit benedictionem? Respondeo cum Delugo ibidem. Si remanet utraque pars apta ad cingendum non amittit, ut constat ex dictis num. 1. & ex dicendis infra cap. 5. §. 1. num. 2. de Ara consecrata. Si solum una pars apta remanet, hæc sola propter eandem rationem, benedicta remanebit: poterit tamen pars non apta huic annexi, nam tunc accessorium sequetur principale, & sic totum erit benedictum, sicut contingit, quando, vestibus attutis, pars aliqua ad eas reficiendas assumitur. Si denique neutra pars remanet apta ad cingendum, neutra benedictionem servabit, cum utraque inepta sit ad usum Sacrificij. Sic Delugo ibidem, & Hurtad. de sacrificio d. 4. diff. 1. alique.

3. Dices Sicut Albâ, & Planeta resticulis conjungibiles, ad instar Calicis tornatilis, non amittunt benedictionem, ita nec dictæ cinguli partes, quæ, facto nodo, facile conjungi possunt, amittunt.

Respondeo, in Albâ, Planeta, & Calice dictis, benedictio data est, sub illo modo partium separabilium, & iterum conjungibilium, unde, partibus separatis, veluti suspenditur usus benedictionis, non amittitur benedictio: at in cingulo quod non fuit, sub illo modo benedictum, dicere idem, nequaquam possumus.

4. Scio, quod aliqui apud Dianam p. 2. tract. 14. ref. 57. & p. 5. tract. 13. ref. 93. propter magnam facilitatem, qua facto nodo, conjungi hæc cinguli partes possunt, tenent non indigere nova benedictione, quæ certe opinio, saltem propter auctoritatem, extrinsecam Doctorum, non est improbabilis. Nota autem, Dianam d. p. 2. tract. 14. ref. 57. inter hos numerare Egidium Coninch. qui tamen pro hac opinione non stat, eam enim, non tanquam suam, Egidius, sed tanquam Emmanuelis Sæ, profert. Immo contra Egidium puto, quod neque id Emmanuel dicit. Audi breviter utrumque. Si cingulum (ait Coninch. de Sacram. quest. 83. art. 3. d. 3. num. 251.) ita frangatur, ut neutra pars sufficiat ad cingendum Sacerdotem, amittit benedictionem. Secus si longior pars sufficiat ad cingendum. Aliqui tamen putant, etiam in prima fractione, licere partibus simul nexis uti. Ita Emmanuel Sæ v. Missa num. 22. Hæc Coninch. Audi Emmanuel Sæ v. Missa num. 22. Cingulum, ait, fractum potest necti si pars altera non sufficit. Hæc Sæ. Vides? Si pars altera non sufficit, ait, (quæ est doctrina à nobis allata num. 1.) non vero, si neutra pars sufficit, de quo hic est questio.

Quadam propria de Stola vel Casula.

Si Stola, vel Casula duplicata, fiant, facili separatione, duæ, quarum utraque sit apta ad Sacrificium, amittunt benedictionem? Dico, non amittere, quia illæ vestes sunt totaliter benedictæ, & separatæ, remanent aptæ ad Sacrificium sub eadem forma, sub qua fuerunt benedictæ. Confirmetur ex cingulo, cujus, fractæ duæ partes, aptæ ad cingendum, ambæ retinent benedictionem.

6. Illud certe approbare non possum, quod aliqui Planetam non benedictam assuunt Planetæ benedictæ, & sic celebrant; nemini, prætextu, quod illa non benedicta, jam ipso Sacrificio, juxta supradicta cap. 1. §. 5. num. 2. benedicatur, possint iterum dissuere, & Planeta assuta tanquam benedicta frui. Hoc, inquam non approbo cum Possivino de officio curati cap. 1. de sacrificio, n. 3. & Gavanto in Rub. Miss. p. 4. tom. 9. num. 21.

13 qui

An id possit in quocunque loco domus sua, vel in domo profana aliorum coram se.

8. Potest Episcopus, in quolibet loco decenti, licet profano, ob suam etiam commoditatem, tum in sua Diocesi, tum extra (etiam Romae, ex Navar. *conf. 1. de privileg.* quia de decisione in contrarium allata ab Ugo- lino apud Gavant. in *praxi Episc. p. Episcopus, n. 9.* appropinquatque Diana *loc. cit.* non constat authenticè) sive in domo, seu palatio suo, sive alieno, sive Domi, sive Ruri cum Altari portatili celebrare; immo, & potest cum eadem amplitudine concedere alteri Sacerdoti licentiam ibidem celebrandi coram se, non verò ipso non praesente; ita Delug. *disput. 20. de Euch. sec. 2 n. 29.* Portella in *Resp. p. 3. casu 20. n. 7.* Diana *p. 4. r. 4. ref. 15.* alique apud *Resp. p. 3. casu 20. n. 7.* Rario ducitur ex c. ultimo de *Privileg. in 6.* ubi sic legitur. Quoniam Episcopi, eorumque Superiores se habent in sacris ex causis, a suis Ecclesiis, & Diocesis absentare frequentes; nec semper possunt commodè ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audiendi in ipsis, sine qua ea transire non debet, absque causa rationabili, ullum diem praesentis Constitutione indulgemus eisdem, ut Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere eorumque, ubi- camque. Hæc Pontifex, quæ non esse revocata à Tridentino per Portellam *mos citandum*, inde, ut cætera rationem constat, quia Trident. loquitur de domibus privatis; at locus, ubi Episcopus etiam obiter residet, non est privatus, sed publicus.

9. Vides autem, quod esto causa concessionis fuerit sola absentia Episcopi à sua Ecclesia, concessio tamen est absoluta, & universalis sine limitatione itineris, vel distantie.

10. Sed dictum est (coram se) quia hoc privilegium est personale, ut nimirum ipse Episcopus celebret, vel celebrationi interstintam propterea ex Portella in *Resp. p. 3. casu 20. n. 4.* non poterunt alij Sacerdotes, Episcopo non praesente, tali privilegio gaudere. Adverte tamen, non esse confundendas questiones, hic enim agitur de quocunque loco, etiam profano, etiam camera vel aula quidem Episcopi: nam *mos* agitur de loco deputato ad Sacrificium, v. g. Oratorio, ubi certe poterunt omnes Sacerdotes celebrare, ut in *no. 12.* videbimus.

11. Petes: quando Episcopus, vel alius coram ipso celebret, Fideles, etiam si non sint de familia ejusdem, frustanturne præcepto, si tali Sacro intersint die festivo. Rursus, Episcopo praesente, unus solum, an alij & alij, eodem die, possint ibidem celebrare?

Respondet ad primum, satisfacere. Cujus ratio dicitur §. 3. *num. 6.* Ad secundum, licet videatur alicui posse solum unum, quia solum conceditur Missa, quam audit Episcopus, ne transat dies in qua ipse non audiat, ad quod inconveniens vitandum, una latis Missa est: puta tamen posse plures, quia privilegia, quæ non sunt in aliis præjudicium, sunt amplianda; & quia id favet devotioni Episcopi, plures Missas audire volentis, quam à Canone foveri credendum est.

An possit Episcopus deputare Oratorium in domo sua, ut ibi indifferenter, per modum habitus celebretur.

12. Episcopus potest, domi suæ, sive urbanae, sive rusticanae, sive intra Diocesium, sive extra etiam sine licentia Episcopi in cujus Diocesi moratur (id enim non pertinet ad jurisdictionem contentiosam, sed est quid voluntarium, quod ex *Suar. l. 2. de mat. d. 19. à n. 7.* ipse libere vult exercere extra Diocesium) potest inquam Episcopus, etiam solum Titularis, deputare Oratorium privatum, ubi celebretur Missa indifferenter ab omnibus. Ita Delugo de *Euch. d. 20. sec. 2. num. 50.* Portell. in *Resp. p. 3. casu 20. n. 3.* Hæc doctrina, si alio argumento non firmaretur, sane illud sufficiens esset, nempe id passim sine ullo scrupulo ab Episcopis in usum deduci. Ratio autem fundamentalis est, quia ex una parte hanc facultatem amplissime obtinet Episcopus in jure c. *Missarum*, de

consec. dist. 1. ibi. Missarum solemnitas ubi ipse (Episcopus) permiserit, celebranda esse censetur. Idem dicitur c. *concedimus eodem*: alia loca vide apud Azor. *p. 1. q. 10. c. 26. q. 3.* & ex alia nec Tridentinum, nec aliud Pontificis, decretum id illis prohibet: Tridentinum enim, & si quid aliud decretum prohibens est, loquitur de Oratoriis in domibus privatorum; Domus autem Episcopi privata Domus non est. Ita Portella *num. 3. & 4. citat. citans Suarium, Navar. & alios.*

13. Atque ex tam lata facultate Collige primo, posse plures, & plures Missas in tali Oratorio, eadem die celebrari, sive ab Episcopi familiaribus, sive ab exteris.

Secundo, id fieri posse, absente Episcopo, imo etiam ipso in remotis agente, quia privilegium hoc personale est, simul & locale, id est, concessum tali domui respectu Episcopi, cujus est. Contra autem, si definat talis domus esse Episcopi, amittitur tale privilegium, quia tunc nullus est respectus ad Episcopum. Puto item si locetur aliis, vel etiam si concedatur aliis ejus usus, amitti, seu non vigere privilegium, siquidem jam desinit respectus prædictus, qui non fundatur in domino sed in usu, quem vel ipse, vel saltem sui obtinent talis domus.

Tertio, Fideles, si ibidem intersint Sacro satisfacere præcepto, ut Sacra Congregatio apud Dianam *part. 6. tract. 8. ref. 40* sine declaravit, & nos universaliter dicemus *infra §. 3. n. 6.*

§. III. De Religiosorum Privilegiis circa locum Sacrificij.

1. **V**T explicentur privilegia in re hac Mendicantium, & eorum, qui cum ipsis in privilegiis communicant quales hodie ferè sunt omnes Religiosi, ex Portella in *dub. Re. V. communicatio, n. 2.* Tambur. *T. 2. de jure Abbatum d. 17. quaestio 1.* tria privilegia sunt distinguenda, quæ jam sigillatim proponam.

Omitto autem disputare an iidem possint pro suo usu benedicere (non quidem consecrare) suas Ecclesias, & consequenter ibi divina celebrare: quia hoc posse, certum est, & sine controversia, ut habetur in compendio privilegiorum Soc. Jesu *V. Oratoria, in fine limitationis* pro qua tamen Societate adest limitatio sui Generalis, ne id fiat publice, nec nisi Ordinarii absint, vel id gravate faciant.

2. Ex quo ultimo obiter nota cum Henriquez *l. 9. c. 27. n. 1.* posse Episcopos benedicere Ecclesias Religiosorum; & eorundem Oratoria privata in domibus, vel villis deputare ad Sacrificium non obstante exemptione dictorum Religiosorum: Ratio est, quia id cum sit in commodum ipsorum, exemptioni non contradicit, & ex alia parte Oratoria etiam privata Religiosorum non dicuntur esse in domibus privatis, contra quas agit Tridentinum. *sess. 22. decreto de observat. &c.* sed in domibus communitatis, ex Lezana *V. Altare n. 13.* Sed ad rem positam revertamur.

Primum Privilegium Mendicantium, quo possunt celebrare per modum actus, in quolibet loco decenti quando versantur in Missionibus.

3. Concessum est Privilegium Societati Jesu à Gregorio XIII. post Concilium Tridentinum cum ejus sufficienti derogatione, & consequenter communicantibus in privilegiis, ut possint Patres in Missionibus, quæ à Superiore sunt, Sacrificium Missæ super Altari viatico, ubique gentium, cum debita reverentia, & honore celebrare, etiam in Castris Militum, modo loca, & si communia, & profana tuta, & honesta sint, & Propositus Generalis, aut per eum Provincialis, eo utendum fore judicaverunt, & posse ibidem Sacram Eucharistiam Fidelibus ministrare. In comp. *Privileg. Soc. Jesu V. Altare. Peyr. tom. 1. in constit. Pyrbr. num. 28.*

4. Ubi nota primò, id posse etiam in Cameris secularium, id enim notat illud (ubique gentium.)

5. Nota secundò, & contra; non posse hoc privilegio gaudere

gandete Presbiteros non Religiosos, qui forte socij sunt in missionibus talium Religiosorum: quia Privilegium est personale, id est, concessum solis Religiosis.

6. Petes: quilibetne fidelis poterit interesse ejusmodi Sacro & satisfacere præcepto de eo audiendo in debuis f. stivis? Respondeo, quemlibet posse. Ita Azor. Suarez, Tol. Barb. apud Dianam p. 6. tract. 3. ref. ultim. §. Quod autem possimus. Ratio est, quia præceptum hoc non arctat Fideles, ut in tali, vel tali loco audiant, sed ut audiant Missam. Quod si textus c. de Parochis contrarium dicat, jam is est usui, & consuetudine derogatus. Confirmatur, quia quando Pontifices volunt, ne in aliquo loco fideles, audiendo Missam, possint præcepto satisfacere, id disertè declarant, ut passim, nunc observatur in Brevibus. per quæ Oratoria privata conceduntur de quibus infra §. 4.

Secundum Privilegium concessum Mendicantibus celebrandi in quocunque loco, etiam extra Missionem.

7. In Corpore juris c. in his de privilegijs, amplum privilegium conceditur Fratibus Prædicatoribus, & consequenter communicantibus in privilegijs. Mirari compellimur (ait Honorius Pontifex) quod cum Fratibus Prædicatoribus, & Minoribus duxerimus indulgendum, ut ubique fuerint, sine Parochialis juris præjudicio, cum Altari valeant viatico celebrare, quidam nimis stricte interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quod per eam prædicti Fratres, præter Prælatorum assensum, facere hoc non possint: propterea quod eos celebrare, juxta indulgentiam Apostolicam, non permittunt. Cum autem nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id Prælati ammentibus, liceret eisdem; Fraternitati tuæ mandamus quatenus interpretatione hujusmodi reprobata, dum tamen ab alijs, quæ jure Parochialis proveniunt prorsus abstineant, datam eis licentiam celebrandi, auctoritate nostra non differas publicare, ita quod dicti Fratres aliquando ex indulgentia nostra videant, in hoc gratiam consecuti.

8. Hæc Honorius, quæ deinde confirmavit Innocentius Quartus, Sixtus Quartus, alique Pontifices, apud Rodr. in comp. ref. 9. n. 4 & 8. & apud Pasqual. decis. 174. & 176. & Paulus III. in Bulla, Licet debitum, sic ample concessit. Licet Præpositis & de eorum etiam facultate universis Fratibus, & Socijs Societatis in locis, in quibus degunt, & eos, pro tempore mutari contingere, habere Oratoria, & in eis ac quocunque alio honesto, & congruenti loco in Altari portatili, cum debita reverentia & honore celebrare.

9. Vbi nota, his privilegijs non gaudere Sacerdotem exterum, forte socium Religiosi, ex dictis n. 5. & contra, ibi satisfieri præcepto audiendi Sacram à quocunque Fidei, per ea quæ diximus n. 6.

10. Circa quæ adhuc dubitabis, primo, an Honorij dictum privilegium sit revocatum per Concilium Tridentinum, sess. 22. decreto de observand. in cel. Miss. & idem quæri potest de dicto privilegio Pauli III. allato n. 8. Respondeo, esse revocatum docent plures, Navar. Azor. Suar. Fag. Barb. Coninch. alique citati à Pasqual. dec. 54. sed immerito, nam propterea, Uterque Rodr. Portella March. Delugo, alique apud Dianam p. 9. tract. 3. ref. 39. & Pasqual. decis. 54. probabiliter negant. Ratio facilior horum debet esse, quia Tridentinum solum decernit, ne Episcopi patiantur, privatis in domibus, à secularibus, vel Religiosis Missam celebrari. Donec igitur Episcopi prohibent, seu contradicunt, non est revocatum privilegium celebrandi, etiam in Cameris secularium, etiam in cameris proprijs Religiosorum, hoc enim significat illud (ubique fuerint) quidquid dicat Rodriq. in compend. ref. 9. n. 9. alique apud ipsum, modo sit locus decens, & aptus, ut semper supponitur.

11. Quod dicimus de privilegio Honorij, idem propter paritatem rationis dici posset de privilegio Pauli III. allato dict. n. 8.

Dices: Gregorius XIII. concedens Patribus Soc.

simile privilegium, sed restrictum ad solos Missiones, ut retulimus n. 3. asserit hoc privilegium Pauli III. allatum dicto n. 8. revocatum fuisse à Tridentino.pondeo primo, Gregorium id supposuisse à Tridentino plurimum modo dicta. Respondeo secundo, id magis æstimari privilegium Honorij in corpore insertum, quam hoc Pauli III.

12. Dubitabis secundo, quis importet illud (sine prejudicio Ecclesiæ Parochialis.) Respondetur, certate, ut id fiat à Religiosis non exigendis primicias, secundo primitias, uno verbo celebrantibus debentur Parocho de jure, ex eo quod Sacramentum ministrat. Ita declaravit Sixtus V. apud Rodr. in comp. n. 6. Tambur. de jur. Abb. t. 1. d. 28. questio 6. n. 1.

13. Dubitabis tertio. An eodem Honorij privilegio fruuntur Patres Societ. Jesu. Respondetur, frui, non est dubium, quia ipsi Mendicantes sunt, (posse) nam de facto non fruuntur. Ratio est, quia supra c. 1. §. 2. num. 8. dictum est, ex una parte communitatem cum alijs habet, à suo Generali communicantibus debent, ut ad illum ea referre possint: & idem P. Generalis declaravit nemini ex Patribus, fere uti privilegio aliquo, quod non sit in corpore privilegiorum Societatis exscriptum: Cum igitur Honorij, & Pauli III. inibi, nequaquam exscriptum veniat, communicatum ipsis nequaquam est. Patres à R. P. Generali illud sibi communicare impetrare, & tunc, illo rite uti, non vetabunt.

Legit. Delugo, lib. 1. ref. m. dub. 3. qui negat Privilegium Societatis posse dare facultatem celebrandi nostra Aula V. G. ubi fieret Præceptum Domini, nobis cri ejusdem Natalis, nisi Aula pro semper deputata Sacra; hanc enim deputationem requirit Privilegium Provinciali concessum.

Tertium Privilegium concessum Mendicantibus de Oratoria privata in suis domibus, ubi per modum habitus indifferenter ab omnibus celebratur.

14. Extat de hac re privilegium Patribus Societ. & consequenter cæteris communicantibus concessum Greg. XIII. post Trident. cum clausulis illud diffinitè derogantibus, in quo datur facultas, ut in Oratorijs, & Capellis, quæ Provinciales Societatis, ipsos, domibus, Collegijs, & al. is locis, ubi aliquæ civitatis resident, approbaverint, Missas, & alia officia celebrari possint, nullis alterius ad illa sita licentia. In compend. Privileg. Societ. V. Oratoria.

Ex illo (per se ipsos) enascitur difficultas. Quid ergo non per alium? Respondeo de hac difficultate, ferte agit Delugo citat. dub. 14. concluditque hoc privilegium committere Reçtori V. G. ut ipse Reçtor approbet deputetque, posse tamen Reçtori committere ut ipse judicet de decencia loci, quo judicio à Provinciali accepto, etiam eo remote agente, poterit idem Provincialis absens per litteras approbare.

15. Differt autem hoc privilegium à præcedentibus. Illa enim dant facultatem celebrandi in quocunque loco decenti, sed per modum actus, à solis Religiosis, hoc vero in oratorijs ad ipsum Sacrificium deputatis, per modum habitus, ac veluti permanentes, & quibus indifferenter ab omnibus ibidem posse Fideles assistere præcepto de audiendo Sacro, non est dubium, ut supra n. 6. in simili diximus.

16. Illud nota, Patribus Soc. adesse hanc restrictionem. Non mutantur Provinciales (sunt limitationis verbi ibid.) hac facultate, nisi in locis remotis ab oppidis, in quibus Ordinarij existunt, ut ibi probabiliter timeatur quod cum opus fuerit difficles se exhibebunt ad hujusmodi Oratoria deputanda.

17. Vides restrictionem? qua, quia non tenentur alij Religiosi communicantes (cum supponamus à Provincialibus non fuisse restrictos) libere Privilegium sui

poterunt. Patres autem Societatis in casu occurrente huius restrictionis, vel recurrant ad suum R.P. Generalem, ut in simili notavimus n. 17. vel ad Episcopum, ut dictum est.

§. IV. De Oratoriis in domibus privatis de licentia Summi Pontificis.

Reve Pontificum concedens Oratorium privatum, huius tenoris esse hodie solet.
Innocentius Papa X. Tibi, *Diocesis Panormitana*, qui, *affertis*, de nobili genere procreatus existis ut in privato domus tua solita habitationis Oratorio, ad hoc decenter muro extructo, & ornato, seu extruendo ab omnibus Domesticis & aliis libero, per Ordinarium loci prius visitando & approbando, ac de ipsius Ordinarii licentia, eius arbitrio dumtaxat una Missam pro unoquoque die, dummodo in eadem anno celebrandi licentia, quae adhuc daret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum Sacularem, seu de Superiorum suorum licentia, Regularem, sine tamen quorumcumque iniuriam Panarchialium prauidicio, ac Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis D.N. Iesu Christi, necnon aliis solemnioribus anni festis diebus exceptis, in tua, & familiae tuae, necnon hospitum tuorum nobilium praesentia, celebrari facere libere, & licite possis, & vales, indulgemus. Nosque huiusmodi, &c. Volumus autem, quod familiares servitibus tuis qui necessarii ibidem Missae interesse, ab obligatione audientiae Missae in Ecclesia diebus festis de precepto tamen liberi censeantur. Dat. Rom. &c.

Item per singulas clausulas singulae sunt difficultates pro nostro more breviter explicandae.

Tibi *Diocesis Panormitana*.

Stalis privilegiatus transferat domicilium in aliam Diocesim, ex Panormitana v.g. eat ad Messanen- sem, non amittit Privilegium, sed ibi poterit illo uti cap. Privilegium, de reg. iuris, in 6. l. Privilegia quaedam, l. in omnibus ff. de reg. iuris. Diana p. 4. tra. 4. ref. 108. Novatio, & Megal. faverque Salas de leg. d. 20. sect. 19. n. 123. & Sanctar. Var. resol. p. 1. q. 63. Ratio est quia hoc privilegium est personale, quod personam sequitur, nec est affixum loco: & illud *Diocesis talis*, non apponitur restrictioni, seu taxativae, sed solum demonstrative in hunc sensum: Tibi qui nunc es *Diocesis talis*. Vide tamen id, quod paulo post monebimus n. 7.

Qui, ut affertis, de nobili genere procreatus existis.

Tribus dictis hac clausula declarabitur. Dico primo, sufficere esse nobilem ex parte Patris, nec sufficere talem esse solum ex parte Matris. Ratio est, quia vera, & absoluta Nobilitas, quae hic requiritur, ut mox n. 5. dicemus ex Patre, non vero ex sola Matre deducitur. Ita Sanchez lib. 8. de matr. d. 19. n. 6.

Dico secundo, illum hic conferi nobilem, qui per aliquot generationes artem mechanicam non exercuit. Quare ij qui ex Privilegio Principis, vel Senatorum assumuntur ad gradum nobilium, quique homines novi seu nobiles appellari possunt, hic excluduntur, quia concessio per aedicta Oratorij non fit ei, qui est nobilis, sed ei, qui ex nobili genere procreatus existit.

Dico tertio, non verificata hac clausula, corrumpi hoc Oratorij Privilegium. Ratio est ducenda ex communi doctrina ibi d. 21. num. 17. dicente in ejusmodi Indultis, non verificata ea conditione, qua non existente, Privilegium omnino non concederetur, Indultum esse subreptionem, quia tunc illa conditio requiritur principaliter, estque veluti essentialis: at scimus omnes, ex titulo Curiae, hoc Oratorij Privilegium nunquam a Pontifice concedi nisi Primatibus & Proceribus Civitatum.

Vi in privato domus tua solita habitationis Oratorio.

Quid si transeras domum, poterisne in domo

nova, sive empta, sive locata Oratorium erigere.

Respond. o, posse quia iam haec est domus tua solita habitationis, ubi enim quis habitat in maiore parte anni, domicilium habere, & consequenter absolute habitare dicitur Ita idem l. 5. de matrim. d. 23. n. 12. Propter eandem in modo maiorem rationem posses Oratorium semel ab Episcopo approbatum mutare in alium locum eiusdem domus.

Moneo tamen in utroque casu, & in casu dicto n. 2. necesse esse, ut accedat Episcopus, seu eius Vicarius locum novum approbaturus, ut ex tenore privilegij constet.

An hoc decenter muro extructo, ornato, ab omnibus domesticis & aliis libero.

Debet ergo locus ita esse constructus, ut discernatur esse diversus ab aliis eiusdem domus locis ad usus profanos designatis, & ita ornatus pia aliqua imagine, ornamentisque Altaris instructus, ut sacer appareat. Non puto tamen necessarios esse quatuor muros ex ianuaz, cum satis videatur esse si sint tres muri Oratorium separatim efformantes, licet patente ad prospectum quatto, vice ianuaz. Ratio est, quia observavi in aliquibus ejusmodi Oratoriis etiam timoratorum hunc quartum parietem non adesse, sed ita in capite aulae, vel magni cubiculi extructa, ut non claudantur ligneis foribus, quae certe iis claudi esset decentius, sed integra tela amovibili ab uno ad alterum Oratorij latus extensa, & quidem non indecore.

Per ea verba ab usibus domesticis libero, non tolli censo casum necessitatis. Quare sicuti necessitate occurrente permittitur ex Sa. v. Eccl. n. 3. in Ecclesia, quae est consecrata, vel benedicta, dormire, comedere, negotiari, ita & in dicto Oratorio, quod solum est ad tempus ad sacrum usum deputatum. Sanè Sanchez l. 9. de matr. d. 15. n. 12. concedit etiam copulam petere, & reddere uxoris occurrente necessitate, ibidem ab ipso explicata, cur igitur non erit par ratio in Oratorio?

Illud à me quaesitum nuper fuit. An possit quis super Oratorij fornecem, seu tegum apponere lectum, & ibi per noctes dormire. Respondi, licet reverentiae magis congrueret, si id non fieret, maxime ab uxoris, tamen me non invenire id esse in iure positivo prohibitum, imò nec ob dictam reverentiam prohibitum iure naturali, quia verè qui dormit supra fornecem, extra Ecclesiam dormit. Sic Sanchez lib. 1. n. 26. ex Glossa c. n. de consec. Eccl. in 6. laudavi tamen aliquorum Religiosorum solertiam, qui licet dormirent in cubiculo extructo super Oratorium, lectulum nihilominus non apponebant directè correspondentem Altari, sed quanto distantius poterant ad latus.

Petes, An dictum Oratorium quamvis nunc ab usibus profanis liberum possit ad nutum domini nolentis Privilegio uti, ad eisdem redire.

Respondeo cum Sanchez ibi d. n. 39. cap. Si de terra, de Privilegiis posse, quia ex una parte Privilegiis utimur, quando volumus: & ex alia haec privata Oratoria ex se sunt loca prophana, licet ex licentia in iis celebretur, addè, nec gaudent immunitate Ecclesiastica: Sic idem Sanchez ibi. nec violantur per sanguinis, seminisve effusionem, ut indigeant benedictione ibi nec copula vel homicidium ibi habita sunt sacrilegia, ibi.

Quod si latè Oratorium profanatum velit dominus iterum ad usum sacrum celebrandi remittere, nova approbatione, & deputatione Ordinarii indigebit, ut ex n. 7. colligi potest, & notat in simili Castrop. de Bulla Crucata, p. 6. n. 3.

Per Ordinarium loci prius visitando & approbando.

Non nisi semel tantum erit dictum Oratorium & quidem gratis visitandum ut nimirum videatur an locus decens sit. Rursus eo visitato approbatoque non potest consequenter amplius visitari. Tertio unde nec procuratio exigi. Quarto, nec impediri, ne ibi iuxta tenorem privilegij

privilegij celebratur Ratio primi dicti est, quia illud *primus visitando*, unam tantum visitationem notat. Ratio secundi, & tertij est, quia ita colligitur ex c. ult. de censibus, docetque Sanchez lib. 9. de matr. d. 15. n. 39. Ratio quarti est, quia Episcopus non habet potestatem, qua limitet concessiones sui Superioris, id est, Summi Pontificis Barbossa in Conc. Trid. sess. 22. de observ. n. 19. refert id esse decusum.

12. Nomine autem Ordinarij hic intelligi Ordinarium loci, hoc est, eum sub cuius iurisdictione comprehenditur locus, ubi constituendum est Oratorium, patet ex illo loc. Cum igitur nomine Ordinarij veniat Vicarius Generalis, tum Episcopi viventis, ex Sanchez lib. 5. de matrim. d. 29. n. 3. tum Capituli Sede vacante, ibid. n. 5. etiam huic competet prædicta approbatio.

13. Rursus, quia Ordinarius potest ea, quæ sunt suæ iurisdictionis Ordinariæ (qualis est hæc ex eodem ibid. d. 7. n. 20. quia ipsi committitur sub nomine Dignitatis, & non sub nomine proprio) alteri delegare, poterit & hanc. Ita idem ibid. 31. n. 11.

An de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura

14. Hanc clausulam non omnibus huiusmodi concessionibus invenio: ubi autem ponitur, Nota illud *ipsius*. Significat enim debere esse licentiam Ordinarij paulo ante memorati, hoc est loci, non verò alterius cuiuscunque.

Est autem ita necessaria hæc licentia, ut sine illa invalida sit Oratorii constitutio, quia Concessio hæc Summi Pontificis nihil operabitur, nisi accedente Ordinarij licentia, quam intervenire omnino Pontifex vult: si ergo non adest, non suffragabitur Papæ concessio.

15. Quod si, idoneo existente, & bene ornato Oratorio, Ordinarius nolit malitiosè licentiam concedere, poterit cogi, ut concedat: Ita Castrop. in Bull. Cruc. 6. in simili. Si autem non sit, qui eam cogere possit, probabile esse docent aliqui cum Rud. à Cruce in Bull. Cruc. d. 1. c. 5. d. 1. n. 4. & 5. Diana p. 5. r. 20. ref. 17. quod possit ibi celebrari, quia licentia iuste petit, & injustè negata quando nihil obstat in contrarium, (ut certè nihil obstat videtur in hoc casu, in quo adest tam expressa Concessio Pontificis) præsumitur in ipso iure ab eodem Pontifice concessa.

16. Sed quid importat illud, *Eius arbitrio*. Respondeo Sanchez in Conf. T. lib. 7. c. 1. dub. 55. n. 7. docet, quod hæc verba, *Si arbitratu fuerit*, important arbitrium boni viri. Arbitrium autem boni viri in eo differt ibid. n. 5. à libera voluntate, quod dum aliquid relinquitur liberæ voluntati alicuius, ille ad nil tenetur, nec indiget causa, & stabitur declarationi suæ, sive iustæ, sive iniustæ, sive dignæ, sive indignæ, quando vero fit commissio per verba importatiam arbitrium boni viri, exigitur arbitrium regulatione commensuratum, & sic exigitur causa: quia id dicitur arbitrium boni viri, quod bonus vir arbitraretur, *l. vir bonus, ff. indic. solvi*. Hæc ex Sanchez. ex quibus fit, quod Ordinarius non possit merè ad suum velle, sed solum iusta & rationabili causa expolente, datam hanc licentiam revocare. Hæc autem causa existente, poterit non solum ex vi dictæ clausulæ *eius arbitrio duratura*, sed etiam universaliter ex eo quod potest Episcopus suspendere, vel inhibere etiam Religiosos exemptos, ne in dictis Oratoriis celebrent quando fortè sciret sine debito decore ibidem celebrari. Et ratio est, quia providere quæcumque in sua Diocesi ad divinum cultum spectant, pertinet ex Trident. sess. 21. c. 8. de reform. & sess. 22. c. 9. in Decreto de observ. in celeb. Miss. c. 8. de reform. ad Episcopum.

17. Mortuo eo, cui concessum est hoc Privilegium Oratorii, perit concessio, quia privilegium est, ut supra dixi, personale personam sequens, quod, quia si atente perpèdatur, non habet ullam clausulam quæ significet perpetuitatem, post dicti privilegij mortem omnino desinere, seu finire necesse est. Ita fusc post hæc scripta Diana part. 9. r. 1. refol. 17. contra Pellizzar. Mortuo autem Summo Pontifice, vel Ordinario, Oratorium se-

mel approbavit, non perit Oratorii concessio, quia gratia facta, quæ ex Sanchez lib. 8. de matr. d. 1. non amittitur mortuo, vel amoto ab officio eo concessit.

18. Dices: licentia concessa ad beneplacitum mortuo concedente, quia post mortem nullum est placitum, nec beneplacitum, unde, quia cessat sub qua fuit gratia facta, cessabit & gratia. Si igitur *eius arbitrio* significat, ut num. 16. diximus, beneplacitum Episcopi, eo pereunte, cessabit eius placitum, & quærent licentia.

Respondeo, quod gratia facta sub illa forma, *ad beneplacitum meum*, spirat morte concedentis, probabile quidem est propter rationem dictam: at est etiam civile cum Castrop. tom. 1. r. 3. disp. 4. p. 16. §. 4. n. 4. rare, sed protogari post mortem, quousque revocare successore. Ratio est quia dum non est revocata, censetur perseverare eadem voluntas, & idem eius placitum, qui concessit. Quare non improbabile esse, ait Castrop. ibid. n. 5. concedi gratiam sub his verbis, *ad beneplacitum meum*, & sicut omnes concedunt gratiam domini vero, non spirare morte contradicentis, nisi à se revocetur, ita concedere omnes debere, nec ipsam tiam ad beneplacitum meum; atque adeo non debere eandem appropinquare ad audiendas confessiones, Episcopus revocaverit, posse audire confessiones Episcopi mortem, nondum à successore revocata, sed etiam approbata ad eiusdem Episcopi beatitudinem. Pari igitur modo erit in casu nostro: Multo magis quia in nostro casu ex contextu Brevis, ex fine canonis, ex ipso usu, & praxi apparet unam tantum licentiam semel requiri, nec etiam timoratos unquam Episcopi, iterum licentiam à novo Ordinario petendam indiguisse.

Vnam Missam pro unoquoque die.

19. Si quis alteram in dicto Oratorio celebrare faceret, mortaliter delinqueret. Ratio est, quia id esset sacrum celebrare in loco inepto, quod est contra tale *supra cap. 4. §. 1. n. 2. diximus*. Neque obstat licentia concessa pro una Missa, quia pro altera concessio non est, ac proinde pro hac, & sequentibus petende est nulla præcesserit concessio: siquidem causa limitans nunc est voluntas Pontificis, non nisi effectum limitans producere potest.

Quid amplius quo ad hoc concedatur per Bull. Cruciatæ, dicam mox a. n. 37.

Dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quæ daret alteri concessa non fuerit.

20. Si sint in domo ampla duæ familiæ, quæ uterque Dominus obtinuerit privilegium Oratorii, qui posterius impetrasset, impetrasset, nulliter, ex illius Clausulæ.

21. Sed quid, si quilibet ex his duobus Dominis haberet proprium Oratorium in sua habitatione, ut Italice *appartamento*, ejusdem domus? Respondeo, nulliter impetrasset, quia Clausula non vetat solum sit in eodem Oratorio duplex licentia, sed ne sit in eadem domo: at prædicta domus, quamvis ampla, tamen domus est.

22. Vnam exceptionem, seu declarationem hic de nocternis remittens me aliorum saniorum consilio. Nam si domus esset tam ampla, ut familiæ ita in situ distincte habitarent, ut eiusmodi situs moraliter indicaretur duæ diversæ domus, (quales essent, si singulæ habitationes haberent suas januas, suæque atria, & similia, quæ utraque non veniret in unam amplam januam quæ exitum, vel in unum commune atrium) poterat dicta Clausula non obstat posteriori nunc impetranti quæ nunc secunda concessio non est pro eadem domo. Certè si duæ familiæ habitarent Romæ, in

Palatio Vaticano, altera ab altera distinctis in locis, non
tibi videretur esse iudicanda habitare in eadem domo:
quod igitur ibi evenit propter amplitudinem Palatii,
tibi etiam poterit evenire, ubi ea est amplitudo, ut
possit distinguendas duas domos prudens vir sine
falso, & fallacia iudicaret.

Quamcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario appro-
bationem Sacramentum, seu de Superiorum suorum
licentia Regularem.

23. Quidam putavit ex vi huius Clausulæ tum Sa-
cerdotem, tum Regularem à suis respective
Superioribus licentiam, seu approbationem particula-
rem debere obtinere, ut in prædicto Oratorio celebrare
posset. Sed nihil minus profecto, quia passim etiam ti-
porari sine ulla nova facultate, solum ex universalis ap-
probatione celebrandi, quam habent, celebrant in di-
ctis oratoriis. Ratio, præter praxim, quæ est fida legum
interpretis, potest esse, quia lex obligatoria debet sem-
per interpretari in mitiorem partem, ne gravet Fideles
plus quam par est: cum igitur verba huius Clausulæ
commode declarari possint de approbatione generali,
non sunt ad specialem restringenda. Recte item Cespedes
in *tr. de except. Reg. c. 16. d. 103. n. 1.* notat nec requiri
licentiam Parochi, nullibi enim id cautum est: solum
Parochio sua iura iuribata servanda sunt, de quibus mox
a sequenti.

Si positive à superiore legi, in quibus inhibeatur, tum
debet obtemperare ne sit dubium, multo magis in casu su-
perdicto n. 17. sine.

Sine tamen quorumcumque Iurium Parochialium
preiudicio.

24. Dixi supra cap. 4. §. 3. num. 12. illud sine præiudi-
cio Ecclesiæ Parochialis: in concessione data Mendican-
tibus celebrandi in quocumque decenti loco, declara-
tum fuisse à Sixto V. ut prædicti non exigerent Deci-
mas, primitias, seu Oblationes, que de jure debeantur
Parochio ex eo, quod Sacramenta ministraret. Idem ergo
ob paritatem rationis, eadem hic apposita clausula signifi-
ficabit.

25. Addunt aliqui cum Pellizz. in *man. Reg. 1.2. tr. 8.*
cap. 1. §. 2. sub §. 2. quest. 147. propter illud in nostra
hac clausula additum (quorumcumque) non posse exer-
ceri in Oratorio privato ullum munus Parochiale, v. g.
non posse ministrari Sacramenta, dari pacem, denuntia-
ri fecta, jejunia, matrimonia, & similia ad Parochum
pertinentia. Plect hæc doctrina. Solum adverte ex fa-
cillima ipsius Parochi præsumpta facultate, non con-
demnandum Sacerdotem, qui congregatis in Oratorio
privato denuntiaret fecta vel jejunia forte in hebdomada
occurentia. Similiter video non adesse scrupulum etiam
timoratis Sacerdotibus ministrare in eodem Oratorio
toti familiæ Sacramentum Pœnitentiæ, ubi particula-
tis contra hoc constitutio legitima non urget. De mini-
stranda Eucharistia quoad Religiosos ex suis privilegiis,
dixi nuper saltem per occasionem in *secundo Opusculo de*
except. comm. c. 4. §. 4. n. 51. ut item quo ad Sacerdotes fa-
cultas ex Parochi licentia, quia facile extra Pascha præ-
sumi potest, ibid. n. 44. dixi.

26. Unum considerandum tibi offero, benigne le-
ctor, nam præsumendo à dictis privilegiis, præsum-
ptaque licentia cur eo ipso quod Pontifex in Brevis de
Oratorio concedit familiæ audire ibidem Missam, præ-
ceptoque dici festivi satisfacere, cur inquam non possi-
mus dicere, quod concedat etiam eidem familiæ su-
mere ibidem Eucharistiam? Cum enim Communio co-
muni, qui Missa interfuit, pertineat ad idem Sacrificium,
unde olim semper communicabant qui Missa intererant,
videtur, quod concessa Missa, concedatur iisdem &
Communio.

Quid possit fieri quo ad dictam Eucharistia receptionem
in privato Oratorio per Bullam Cruciatæ, dicam
mox n. 4.

Paschalis, Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Do-
mini nostri Iesu Christi, nec non aliis solemnioribus
festis diebus exceptis.

27. Quinam dies festi excipiantur, dum excipiuntur
solemniores, explicuit Decretum Sacrae Ri-
tuum Congregationis Nov. 1607. apud Gavant. in *Rubr.*
Miss. part. 1. tit. 10. §. Secundum quoque: quo declaravit
magis Decretum Concilij Agathensis cap. 21. de *consec.*
dist. 1. Si quis excipi nimirum diem Natalis Domini, Epi-
phanie, Paschalis, Pentecostes, Annunciationis &
Assumptionis Beatissimæ Virginis, Festum SS. Petri &
Pauli, & Festum omnium Sanctorum. P. Franciscus Bardi-
olus Societatis utriusque Theologiæ Moralis, & Scho-
lasticæ peritissimus ait in *explicat. Bullæ Cyn. p. 1. tract. 2.*
cap. 6. sect. 2. num. 17. quod solent addi festa Patronorum
principalium locorum, qui nisi agat de re forte solita ob
devotionem, non video unde possit dici esse rem solitam
ex obligatione: nam ideo Gavantus solum dixit Ordina-
rios optare, ut talia festa Patronorum addantur, non
verò dixit esse addita.

Adverte insuper ex eodem Gavant. *ibid.* nomine Pas-
chalis, & Pentecostes diem primam demtaxat intelligi,
non vero duas festas sequentes, nec dies infra Octavam,
quia solemnitas, ob quam excluduntur prædicta festa,
solum est in primo die.

In tua, & familia tua presentia celebrari facere.

28. Nonine Familiæ hic venire docet Diana *part. 4.*
tr. 4. res. 108. Maritum, & uxorem, filios, & fi-
lias, ac etiam Nurus (adde propter paritatem rationis,
& Generum) habitantes in eadem domo, & commen-
sales, sicut & omnes servos, & servas commensales qui
in ministerio ejusdem familiæ sunt. Id quidem merito do-
cet, hi enim omnes de familia dicuntur Domini.

Hinc bene infert Pellizzatus *l. cit. q. 22.* Hortulanum
colentem hortum domini, & habitantem in eadem do-
mo viventemque ex salario ejusdem domini, unum esse
ex familia.

29. Sed quid de factore, qui vivit quidem de salario
domini, sed dormit, seu habitat in sua propria domo?
Adhuc esse de familia idem docet, probatque ex doctrina
Suarii *top. 4. de Rel. tr. 10 l. 9. c. 4. n. 13.* docentis nomine
Familiaritatis petita ad usum privilegiorum competen-
tium Familiaribus Regulatum, venire etiam Familiarita-
tem æconomicam, quæ non requirit commensalita-
tem, nec habitationem sub eodem tecto, solum vivere
ex salario ipsorum. Idem ergo erit in casu nostro.

30. Quod si urgeas, sic etiam Capellanus domini,
qui in propria domo vivit, & non in domo dicti domi-
ni, sed solum habet salarium ad celebrandas pro ipso
Missas, esset de familia ejusdem; Respondet *ibid.* ita
esse. Sed certe est distinguendum; nam si talis Sacerdos
sit domino ita addictus, ut semper, vel frequenter in
celebranda, sive domi, sive præsentie eodem domino ali-
bi, Missa, illi intersit, puto posse dici de familia: At
si sit Capellanus quidem domini, à quo pro Missis sa-
larium habeat, sed cum libertate celebrandi, sive in Ec-
clesiâ determinata, sive ubi libuerit non puto posse dici
de familia, quia hoc modo non est Capellanus familia-
ris, sed extraneus; & ut talis, possit habitare in alia Ci-
vitate ibi que pro domino dictas Missas ex ipsius salario
celebrare, quando cum appellate familiaritatem domini
nimis durum esset.

Quid de filiis, & eorum uxoribus, filiabus, & earum
viris, si forte habitent in domo non taliter eadem, sed
quilibet cum suis servis & sub sua mensa, id est, dome-
stici ejusdem patris familias sed non commensales: di-
centur ne de familia? Respondet, idem Pellizzatus
ibidem docet dici posse de familia saltem large, atque
adeo eos cum iisdem servis posse uti hoc indulto Ora-
torij concessio Patri. Ratio est quia hoc privilegium est
Principis sine ullius præiudicio, atque adeo ampliandū,
etiam ad familiam large sumptam. Dixi (si habitet in
eadem

eadem domo) si enim habitent in alia, nec proprie, nec improprie sunt de familia.

An sicut concedimus omnes, dominum solum sine familia posse sibi celebrari facere, ita concedendum sit posse quemlibet ex familiaribus, sine praesentia domini, dicam n. 40.

Nec non in Hospitum tuorum Nobilium praesentia.

32. Hanc clausulam in omnibus ejusmodi Brevibus non lego, Vbi igitur adest, conceditur privilegium audiendi Missam, & satisfaciendi praeccepto diei festivi, tum ipsi hospiti, tum ejus famulis ipsum forte comitantibus, idque ob regulam connexorum, & ob extensionem privilegij favorabilis: non enim esset amplius favor, si dominus ob audiendam Missam a famulis esse desereretur. Nobilis, inquam, nec necessario, ex genere nobili procreatus, ut ex supradictis n. 5. colligi potest.

33. Extendit idem privilegium Pellizzarius, ibid. q. 13. ad hospitem unius dici, hoc est, ad nobilem, qui ad prandium invitatur pro uno solo die, quia adhuc hospes est censendus in materia hac favorabili. Immo id affirmat etiam si de industria talis vir nobilis invitatur ad prandium ad finem ut frui tali Privilegio possit, quia haec non esset fraus, sed solum reddere habilem illum hospitem ad fruendum indulto, sicuti habilis redditur ad comedendas carnes is, qui exiens a loco, ubi est jejunium de praeccepto, se confert ad locum, ubi tale praecceptum non adest.

Volumus autem, quod familiares servitii tuis non necessarij ibidem Missa interefferent ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de praeccepto minime liberi censantur.

43. Alij ergo non satisfaciunt, quia clare excluduntur a Pontifice. Quare non est excipiendus Homobonus de exam. Ec. qu. 14. tr. 8. c. 5. p. 2. contrarium sentiens, ductus ea ratione, quod jam est consuetudo audiendi Missam extra Parochiam, unde nec ab Episcopo possint Fideles nunc cogi ad illam audiendam in Parochia: non est, inquam, excipiens, quia nunquam introducta est consuetudo audiendi Missam in loco a Summo Pontifice prohibito.

35. Scio etiam Pellizzarium tom. 2. Man. Reg. tr. 8. c. 2. sec. 2. subsec. 2. q. 14. contra me sentire, & asserere auctoritatem Castropalai tr. 12. de Euchar. Sacrificio, d. unica pag. 16. num. 13. in simili, & insuper docere prohibitionem hujus Brevis ibi positam. Volumus ut ab obligatione, audiendi Missam minime liberi censantur, ponit ex stylo curiae, quia fortasse alicubi non est abrogatus ritus antiquus, quo Missa in propria Parochia audienda erat: at in nostris Regionibus ubi jam ille ritus est abrogatus, hanc clausulam perinde se habere, ac si non fuisset apposta.

36. Sed certe in ejus sententia pedibus ire non possum, quia magnam mihi vim facit dicta prohibitio tam expressa, & absoluta Pontificis; Quare puto quod ipse dum dicit *Volumus &c.* satis clare praecipiat, ut qui non est ex privilegiatis, satisfacere obligetur in Ecclesia, & non alibi. *Ufus* ergo audiendi Missam in Parochia quomodocumque abrogatus induci hic minime potest pro sententia nobis contraria, quia excludens Pontifex Oratorium privatum a loco apto ad satisfaciendum praeccepto, consequenter inducit praecceptum audiendi Missam in quidem in Parochia, cum id sit abrogatum, sed inducit praecceptum audiendi in loco publico, qui non sit Oratorium illud, quod Pontifex exclusum omnino vult. Fac esse usum jejunare die Dominico, incidente eo die vigilia de praeccepto, velle tamen nunc Summum Pontificem eum usum de medio tollere & praecipere, ut in eo casu jejunetur in Sabbato. Si sic praeciperet. *Volumus ut per jejunium die Dominico factum non satisfaciatur praeccepto jejunij, sed sit obligatio jejunandi in Sabbato:* inquit, qui jejunaret die Dominico satisfaceretne praeccepto? enim vero non satisfaceret, quia eo ipso quod Pontifex excludit illum diem, reddit illum ineptum ad satisfactionem praeccepti, addit enim praecceptum

ad alterum diem: Pari igitur modo dum ad id Oratorium, reddit illum ineptum pro satisfactione praeccepti de audienda Missa, addit etiam illud ad locum, & consequenter remanet in Fidei obsequio audiendi.

De Privilegio Bullae Cruciatæ circa praesentia Oratoria privata.

37. **D**abitur hic merito aliquis cum in concessione Oratorij privati caveatur ne una Missa ibidem celebretur in feriis; in festis solemnioribus ne una quidem, possint ab illa Bulla Cruciatæ sine talibus restrictionibus plures celebrari? Respondeo posse tum in proprio in alieno quantumcumque privato Oratorio. Bardi in explicat. Bullae Cruc. p. 2. tract. 2. cap. 6. §. 23. Favent Rodriq. in addit. ad §. 5. num. 4. Luce in exp. Bullae d. p. cap. 5. d. 1. num. 3. Egid. Talam. in exp. Bull. lib. 1. §. 3. num. 4. Ratio est, quia in Bulla Cruciatæ concedit absolute, & nulla exceptione, ut in privato Oratorio rite approbatur etiam tempore interdicti. Ex qua forma concluduntur duo argumenta. Primum notando illam quæ particula, si perpendantur ea quæ de exceptione docet Barbosa disp. 95. in Impr. Romana lege Cal. tract. de Bulla Cruc. disp. unic. p. 6. a num. 1. citant. noch. Zabarellam, Decium facit hunc sensum, solum conceditur ut possit celebrari in cætera indifferenter, atque adeo in feriis, & festis quibuslibet quod est minus, sed etiam in tempore Interdicti, est majus. Secundum, quia si Pontifex per Bullam concedit absolute, & sine ulla temporis, vel, ministeria, non possumus nos, posita Oratorij approbatione, id restringere: nam licet in dicti Oratorij approbatione restrictio apponatur, tollitur tamen per eam absolutam, nec ulla limitatione restrictio in Bulla. Exemplum est de Parocho, et Talam. ibidem; is enim quamvis ex vi suæ approbationis possit suas oves absolvere, at supposita hac sua approbatione, si ab habente Bullam eligent populus alienus, non ex vi suæ approbationis, sed hac approbatione, ex vi concessionis per Bullam. Ita in oratorio approbato, ex vi talis limitatæ approbationis, non potest nisi limitate celebrari? at, hac posita, Pontifex Bullam illimitate concedit.

38. Concedit ergo Bulla posse in dicto, quantum imitato Oratorio. Primum celebrari, in dictis solemnioribus & festis. Secundum, posse plures & plures Missas in dictis festis celebrari, & in quibuscumque diebus. Tertium, capi posse ibidem Eucharistiam omnibus diebus post diem Paschæ, hoc est, præter unam communem tempore Paschali in parochia exhibendam: Quæ ibidem satisfieri posse praeccepto de audiendo Sacramentum hæc omnia posse & cum, qui habet Bullam, & familiares, ac domesticos, & consanguineos habentibus Bullam quæ omnia patent ex tenore Bullæ, & spatio citant doctores citati.

39. Et in hoc ultimo notes pervelim illud, familiares domesticos consanguineos, cum in Brevis Oratoria habeatur, in Tua & familia tua, & hospitibus nobis praesentibus. Consanguineos ergo, & Domesticos si comprehendit præter Familiares: Bulla et quosnam comprehendit? Nominem consanguineorum comprehendit cognationem habentis Bullam, id est, tam descendentes & ascendentes quam collaterales usque ad quartum gradum, quia omnes dicuntur consanguinei; merito dicit Castrop. de Bull. Cruc. p. 6. num. 8. Lezana tom. 3. p. 7. Bullae Cruciatæ, n. 14. Rodriq. in exp. Bull. §. 5. n. 5. Lud. à Cruce in exp. Bullae d. 1. cap. 5. d. 8. Nominem autem Domesticos comprehendit puto omnes de quibus dixi nam. 31. quorum quidem alicui ibi large, seu reductivè venimus nomine Familiarium, hic clare; & expresse sunt, & cantur domestici, hoc est in eadem domo viventes, & nique familiares iidem sunt qui nomine Familiarium sunt supra n. 28.

Ex quibus collige Maritum respectu uxoris, & uxorem respectu viri, ut etiam privignum respectu vitrici, & hunc respectu illius, licet comprehendantur sub nomine familiarium, & Domesticorum, sunt enim hi maxime de Familia Domini, non venire tamen ex Castro, lib. 2. sub nomine Consanguineorum, quia tales non sunt, sed affines: ceteros ergo remotos affines, nisi forte de familia inveniantur, excludimus ab hoc privilegio.

40. Quod si contingat casus, ut Dominus habens Bullam non interstiti Sacro, poterintne prædicti de Familia interesse, & satisfacere, imo etiam sibi celebrare facere in dicto Oratorio? Possent negare Rodriguez *ibid.* Henriquez lib. 7. cap. 13. quia soli Domino, aliis autem non nisi ratione Domini concessum est privilegium. Concedit Ludov. à Cruce *loc. cit.* n. 5. cum quibusdam junioribus tacito nomine, quia sicut Dominus potest sibi celebrare facere sine familia non obstant illud, Et, *ibi*, in fine, & familia sua presentia: ita poterit familia sine Domino. Cujus ulterior ratio esse potest, quia cum Bulla non præscribat presentiam Domini esse necessariam nec nos debemus præscribere, sed affirmare Pontificem voluisse concedere Familiaribus hoc indulgentiam ratione Domini habentis Bullam licet absentis. Utraque sententia est probabilis, & concedentem excipit etiam Caltróp. de Bulla Cruc. 6. m. 9. citans Joannem Salas.

41. Adverte denique, quoties quis uti dicto Oratorio privato ad præmissa quæ sunt ex privilegio, voluerit, debere aliquas preces (sufficit etiam unum Ave) Deo potest, pro conservatione unionis Principum, coramque victoria. Ratio est, quia sub hoc onere conceditur talis gratia à Pontifice, ut patet ex tenore Bullæ. Omisso autem erit venialis ex Bardi in *expos. Bull.* p. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 5. §. 1. & 2. quia res est ex se levis, nec invalidat concessionem, quia tale onus imponitur sub illa particula, dummodo, quæ regulariter, modum, notat, non conditionem ex Barbosa *disp. 80. in edit. Rom. & Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 33. num. 2.* cujus quidem modi omisso, quando is modus adjicitur actui perfecto, (ut sit in casu nostro, prius enim à Pontifice conceditur perfectè privilegium prædictum, & deinde adjicitur, *Dummodo non, &c.*) non vitiat, hoc est, non invalidat actum, seu concessionem.

§. V. De violatione Ecclesiæ, seu loci Sacrificij, ejusque Reconciliatione, remissione.

De tota hac re agam per occasionem *infra lib. 3. c. 6. §. 3.* ubi sermonem faciam de impedimento loci quod faciendum Sacrum.

CAPUT V.

De Altari, ejusque ornatu.

Altare, quasi particularis locus est Sacrificij. De ipso Agitur, ejusque ornamentis, hic congruè, disputandum breviter est.

§. I. De Altari.

Altare, sine quo sacrificare, peccatum est, sine dum mortale, duplex esse potest: Fixum, & Portatile, seu viaticum.

In Fixo, ut celebrari sine mortali liceat, saltem Tabula superior esse debet lapidea. Ita Coninch. de Sac. q. 83. art. 1. d. n. 238. Fagund. *præcept. Eccl. lib. 3. cap. 22. n. 1.* & passim. Consecratur autem (ut & Portatile) vel ab Episcopo proprio, & Sede vacante, à viciniore, vel ab habente potestatem à Pontifice: Sic Gavant. in *Man. Episc. V. Altare*, in addit. num. 4. citans Rodriq. quæ tamen quamvis raro concedatur Sacerdoti Episcopo inferiori, concessam nihilominus vidisti, obiter, *supra* cap. 1. §. 2. n. 5.

Part II.

2. Nota autem in Ecclesiis non consecratis quemlibet Presbyterum erigere, & destruere posse Altare non consecratum: Sic Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. §. 6. ex Sac. Canon. Lezana *V. Altare*, n. 12. ex consuet. at in consecratis, nullo stabile (ut notat Barb. l. mox citando, n. 3. posse erigi, vel destruere Altare sine Episcopi consensu. Notat item Barbol. de jure univers. lib. 2. c. 7. num. 12. in Ecclesia non consecrata, non esse Altare) sanè fixum consecrandum, sine Summi Pontificis licentia.

3. Portatile, ex lapide unico consecraro, constare oportet. Sic item citati, & passim: esto ligno undique circumdatis, ad faciliorem conservationem, vel ad ornatum, possit: modo tamen lapis inclusus sit tantus, ut majorem partem Calicis, & Patenæ capiat, hoc est: ut super illum, Calix, & Patena sustentari queant: quo casu supra lapidem, & non supra lignum curari debet, ut Calix, & Patena ex majori ipsorum parte collocetur: licet id non esse scrupulosè curandum, modo non sit periculum lapsus, rectè moncat Suarez de Sacram. disp. 81. sect. 5. §. 6. Dicendum ergo, sine.

4. Usus talis aræ consecrata, est, ut Calix, & Patenæ, sicut dictum est, & etiam particula, si quæ sunt consecrandæ, non solum sint super ipsam, tempore consecrationis, verum etiam, ut *ibid.* sint, usque ad Communionem Sacerdotis: cum enim, etiam & particula prædicta pertineant ad Sacrificium, quod tunc peragitur, & super Aram, & usque ad perfectionem Sacrificij, coram Sacerdote, persistere, ritè debent, de qua re vide quæ dicam *infra lib. 2. cap. 5. §. 2. n. 12.*

5. Nota denique, quod in eo Altari, quo proprius Episcopus celebravit (*cantavit*, habet textus *cap. in Altari, de Consecr. dist. 2.*) eodem die, non licet celebrari ab alio inferiore Sacerdote sine licentia, saltem tacita, ejusdem: Ita Gavant. in *Man. Episc. V. Altare*, n. 28. videtur tamen hic Canon in desertudinem abiisse, nam propterea standum esse consuetudini ejusque loci, rectè notat Lezana *C. Altare*, num. 13.

An ara ex duobus Lapidibus unitis construi, vel refici possit.

6. Fabricavit quidam ex duobus Lapidibus infectis in duabus ligneis tabellis Aram, ita invicem colligatis, ut instar libri, clauderentur, & aperirentur. Dixi, nequam eo uti ad Sacrificium licuisse. Ita Vasq. de Sacram. disp. 23. c. 2. n. 16. Fagund. 1. Eccl. præcept. lib. 3. c. 122. n. 9. Ratio fuit, quia non fuisset unus Lapis, unam Christi personam significans. Adde quod fuisset contra omnium Ecclesiarum consuetudinem.

7. Quid, si pars lapidis non consecrati addatur seu inferatur parti Aræ consecrata: Dico cum Delugo de Sac. disp. 20. sect. 2. n. 68. partem additam non fieri consecratam, quia pars addita non facit unum physicè continuum cum consecrata: Ara enim, ut modo dixi, debet constare ex uno & simplici Lapide, unam Christi personam significante. Quare, nisi pars consecrata tanta sit, ut sustentare Calicem, & Patenam possit, uti ea non licebit, prætextu quod modo dicto, fuerit ref. ita.

8. Scio, quod si affluatur frustum ferici non benedictum, planetæ, v. g. benedictæ, tota planeta erit benedicta, idemque, si parum aquæ, vel olei infundatur in aqua benedictam, vel oleum consecratum; at in casu nostro, quia requiritur dicta unitas physica, idem dicere non possumus.

An in Ara debeant condi Reliquia Sanctorum.

9. In consecratione altaris solent recondi in ejus sigillo, sacræ Reliquiæ. Sigillum, seu, ut etiam vocant, Sepulchrum, hac in re est parvulus ille loculus in ipsa mensa, vel basi Altaris, seu Aræ, in qua includuntur Reliquiæ; nam propterea Sacerdos, in ipso Missæ introitu osculans Altare, dicit, *Oramus te Domine per merita Sanctorum, quorum reliquia hic sunt.* &c. Dubitatur ergo, an hoc quod fieri solet, ita soleat, ut deficientibus reliquiis, legitima non sit Altaris consecratio?

K 10. Dico

10. Dico, non requiri cum tanto rigore reliquias, Ita Vasq. de Sac. disp. 233. c. 2. n. 17. Suar. de Sacrif. disp. 81. sect. 5. §. 3. additur, *sine*, Coninch. de Sac. q. 83. art. 4. d. 2. n. 241. Ratio est, quia, ut expendit Coninch. *ibid.* non habemus clarum textum tantam necessitatem requirerentem. Adde consuetudinem in contrarium rationaliter eo fundatam, quod, non semper in promptu, pro tanta Altarium multitudine adfint sacra reliquia, sacerdos ergo cum dicit *Quorum reliquia hic sunt*, ideo dicit quia, de more, solent inibi adesse reliquie: sicuti dicit *Dominus vobiscum*, & *Orate fratres*, etiam, solo uno præsentem: quia scilicet de more multi solent adesse.

11. In defectu reliquiarum non posse includi particulam Sacrae Eucharistiae, certum est ex Vasq. l. c. n. 18. quia quid dicat Ioan. Andreas, & Durandus apud Vasq. *ibid.*

Quando amittat consecrationem Altare, ita ut, illo uti ad Sacrificium amplius non possimus.

12. Si sit fixum, hoc est, consecratum, ut totum, & ut integrum Altare stabile, amittit consecrationem, vel per enormem fractionem, vel per solam amotionem à basi, cui est lapidea tabula affixa cap. *quod in dubiis*, & cap. *lignis*, de consecr. Eccles. si sit portatile, seu mobile, hoc est consecratum, ut tabula lapidea separata à reliquo materiali Altari, tunc consecrationem amittit, quando ita frangitur, ut illi non valeat superponi Calix, & patena, saltem ex maiori parte ipsorum. Ita Coninch. loc. cit. Delugo de Euch. disp. 2. sect. 2. n. 67. Ratio utriusque dñi est, quia in priore casu amittit formam, sub qua Altare consecratum fuit, (fuit enim consecratum ut stabile) in posteriore fit ineptum ad Sacrificium iuxta supradicta c. 1. §. 5. n. 1. & c. 3. §. 4. n. 1. in simili.

13. Probabilissimum item puto cum S. V. Altare. Suar. de Sacram. d. 81. sect. 5. par. 3. Tertio additur, Aram non amittere consecrationem, si ea integra remanente, dissolvatur à ligno, cui forte inserta erat, quia lignum non apponitur lapidi, nisi vel ad ornamentum, vel frequentius, ad custodiam.

14. Nec item violabitur, si Ara cornua, quæ sacro Chrismate in ejus consecratione inunguntur, etiam omnia frangantur, modo pars restans sufficiat ad sustentandum Calicem, & Patenam. Ita Delugo. 20. de Sac. sec. 2. n. 75. Ratio est, quia per illam unctionem non cornua solum consecrantur, sed tota Ara; quare, si pars ad Sacrificium remanet, consecrata remanet.

15. Quid si frangatur Sigillum, & Reliquie amoveantur? Puto, non violari, apto interim remanente lapide ad Sacrificium. Ita Delugo. loc. cit. Coninch. q. 83. de Sac. art. 3. d. 2. n. 240. S. V. Altare, Castrop. de Sac. disp. unica p. 9. n. 6. Cum enim nos, modo n. 10. dixerimus, ejusmodi Sigillum, seu Reliquias non esse de necessaria forma, consequenter hñc dicimus, per talem amotionem, nequaquam violari. Hæc scripsi in prioribus Editionibus, sed invenio nunc contrarium fuisse declaratum à Sacra Congr. Rituum apud Barbof. in sum. Decis. Apost. V. Celebrans n. 2. quæ vult Aram subreptis Reliquiis, etiam si fracta non fuerit, debere iterum consecrari.

16. Sicut in domo nostra Professa Panormitana, & alibi, aliquæ Ara portatiles, tam latæ, ut Altari octo vel novem palmorum superimpositæ, totam superiorem ejusmodi Altaris superficiem adæquant. Cum ergo hæc separatim ab Altari fixo consecrata fuerint, ut omnes, qui tunc affuimus, vidimus, etiam si à dicto Altari removeantur, retinent consecrationem, quia vere Ara portatiles sunt, licet non sine magno duorum, vel quatuor virorum conatu portari queant. Insuper, si frangantur, etiam in tres, quatuor, plures partes, dummodo hæc capiant patenam & Calicem, non amittent consecrationem, & consequenter poterimus iis in pluribus Ecclesiis uti ad celebrandum, sicuti in simili de cingulo diximus, c. 3. §. 3. n. 2.

§. II. De Mappis.

1. Altare debet esse, ex rubricis Missalis, & Mappis, seu Tobaliis, præter Corporalem, periori tabula coopertum. Valquez de Euch. d. 1. n. 21. & Suarez de Sac. d. 81. sect. 6. par. 6. Dicitur cent sufficere præter Corporale, duas: Præpositi part. quest. 83. dub. 4. n. 588. idemque notant quidam unam duplicatam.

Imo idem Præpositus *ibid.* sine, citans eundem Azor, ait, non esse improbabilem sententiam dicentem, non peccari mortaliter ab eo, qui contra Mappa, præter ipsum corporale, Sacrum in modum facit. Necessitas autem hæc erit propter passionis mensuranda, sicuti in simili mensuranda c. 3. §. 1. n. 4.

Ex qua materia eas fieri oportet, dicam mox §. 2. Ejusmodi Mappæ non necessario debent benedictæ, ex Suato de Sac. loc. cit. & Layman. l. c. c. 6. n. 11. sine, cujus tamen contrarium docet disp. 20. de Euch. sec. 2. n. 76. sed puto id ab ipso dñi ex congruitate, nam ceterum *ibid.* n. 79. ipse docet, & nos infra dicimus, certum esse in sum non omnia quæ in Rubricis Missalis exiguntur esse obligationem gravem, nisi aliunde de contrariis præcepto; at non habemus unde cum tunc gore ejusmodi benedictio Mapparum exigatur.

3. Immo, satis benigne, Layman. dñs l. 3. Tr. n. 11. sine citans Azorium & S. a, affirmat, posse hanc panem mundum profanam non benedictam ad ornandum altare, pro celebranda Missa, ubi benedicta, & finito Sacro, reddi ad usum profanum. Ratio est, (inquit) quia de harum Mapparum benedictione nihil in jure sancitum est.

§. III. De Corporali, Palla, Purificatorio.

1. Corporale, ut & Palla, quæ est pars Corporalis, (olim enim, ut nunc etiam fit apud Ecclesias Orientales, cum parte Corporalis cooperiebantur) & in qua, si esset capax, posset consecrari; benedictæ esse omnino debent. Ita Delugo d. 10. de Euch. l. c. alique. Nec serica sunt, vel alterius materie, sed itea (sic idem & passim) & quidem alba, nisi quod corporale in intimis partibus, & Palla in parte superiora, quæ Calicem non tangit, ex quacunque pretiosa materia vel colore ornari potest. Sic Layman. l. 3. Tr. 4. d. 1. n. 12. par. 6. sexto.

2. Purificatorium item, quo Calix tergitur, alio, & ex lino esse oportet, non tamen necessarium benedictum ex Suazio, de Sac. d. 81. sect. 8. par. 6. Quamvis autem, & Gavanto, in Rubr. Miss. pag. 2. Tract. 1. n. 1. tera, licet benedictum esse oportere docet Layman. loc. cit. n. 12. par. 6. sexto.

3. Quæsitum fuit, an Corporalis, Palla, Purificatorium (& eadem quæstio esse potest de amictu, Albas, & Mappis, quæ lineæ esse debent) legitime fieri, ex Cannabæ vel ex Gossipio, possint.

Possent ex Cannabæ certum mihi est, cum Azor. l. 10. c. 28. q. 8. citante Tabienam, & Arnoll. l. 1. c. 1. relæ ex Cannabæ censentur, in humana acceptatione, & ad usus, lineæ; iis enim, ad sternendas mensas, & ad interioribus tunicas communiter utimur, ad quarum similitudinem Mappas, Albas, & prædicta assumptis Ecclesiis.

4. Maius dubium est de Gossipio de quo tamen Azor. loco citato, Plinius (lib. 19. cap. 1.) testatur, Gossipio fieri lina xylina: quod si ex eo sunt, lineæ esse hoc sufficit. Ita Azor, & quidem probabiliter, legimus Corporali, id quod propter paritatem rationis de prædictis dici recte potest.

Confirmo proferendo verba Plinii Superius in Aegypti (ait) in Arabiam vergens gignit fruticem, quem quæ Gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta lina. Parvus est, similemque barbata mucis deseri fruticem, cujus ex interiore bombyce lanugo netur: nec ulla sunt, quæ candore, molliorque præferenda. Hæc Plinius, ubi nota

Cap. V. De Altari, eiusque Ornatu. III

(Idea inde facta) lina ergo ex gossipio contexta sufficiunt, alto enim lino Cannabe, & Gossipium specie physica inter se differant, non differunt in hominum acceptione ulique vestium.

Nota item obiter, ætate Plinij, in ea tantum regione creville xylon, nunc passim in Sicilia, & Italia colitur, & vulgare est, vocaturque *Cotone*, vel *hamace*.

§. I V. De Lumine.

Lumen requiritur. Ita Azor. Tol. Coninch apud Bonac. de Euch. d. 4. q. ult. p. 9. n. 31. saltem unum, sed ex congruenti consuetudine curandum est esse saltem duo, vel saltem unum si duo haberi non possint, imò si extinguatur ante consecrationem sine spe reaccendendi, dicere, vel prosequi Missam, etiam si necessaria ad dandum Iustitiam viaticum, nemini licet. Ita Fagund. 1. Eccl. præcept. 3. c. 22. n. 19.

2. An vero necessatio eiusmodi lumen ardere debeat, in candelæ cetæ, dobitant Doctores, sed probabiliter tantum Vasq. de Sac. disp. 23. c. 4. n. 25. alique apud Dian. p. 2. n. 147. s. 45. & 67. Delugo disp. 20. de Euch. s. 2. 477. consentiunt, citra scandalum, & in casu necessitatis posse in adipe, vel sævo, seu etiam in lucerna olei.

Gradum necessitatis distinguere non explicant cdm Layman. lib. 5. ar. 5. c. 6. n. 7. sine, sed præcepto scandalo, cui facile iri obviam potest, (si instruat Sacerdos astantes) pro latius superque esse illam, quam de carentia Sacerdotum vestium minoris momenti sufficere, docuimus supra c. 4. §. 1. c. 4.

3. Tertius ceteris accendendus in consecratione non requiritur, cum tanto rigore. Ita Delugo loc. cit. 79. sine, quamvis enim Rubricæ Missalis illum exigant, non tamen omnia, ut modo §. 2. n. 2. innuimus, quæ in Rubricis ponuntur, nisi aliunde grave præceptum colligatur, obligat sub peccato.

§. V. De Missali.

Requiritur & Missale. Sed qui memoriter scit ea, quæ dicenda sunt in Missa, idque sine mortali venio erandi, non peccat, si sine illo celebret. Ita Delugo ibid. num. 38. quidquid aliqui dicant; sicuti nec peccat solus, qui ceteras actiones exhibendas in Missa videt, nec tamen videt legere si vel memoriter legenda sciat, vel à Sacerdote adiuvetur. Ita idem ibid. Fuit Suarez de Sac. disp. 8. s. 2. c. 4. requirunt; sine qui sic habet. At vero, ubi liber deest, & Sacerdos esset in infirmitate, ut moraliter non dubitaret, & posse omnia legere dicere sine libro; an inquam, esset tunc peccatum id facere, aliorum iudicio relinquo: nam ego propter multorum auctoritatem, licentiam dare non audeo, & aliunde sufficienter rationem peccati non invenio. Hæc Suarez. Sed iam Delugo loc. cit. licentiam concedit, dum absolute docet in eo casu non peccari.

2. Ad id, quod docemus, facit, de quo, multis ab hinc annis, Caltanissetta in Patria mea; Patres aliqui ex nostra Societate disputarunt. Nemo est nomine, Minianum, octo milliariis Italis à dicta Civitate distans, antecessis pratis undique circumseptum, & propter multitudinem incredibilem Damarum ibi impune palatium, tota Sicilia clarum. Adfuit ibidem magnificæ ædes, ad habitandum, nec deest Sacra ædes ad celebrandum. Ad hæc igitur visenda conveniunt semel tres, vel quatuor Sacerdotes ex Collegio nostro, cui ego insignis, tunc præerat; & invenerunt ibi quidem totum instrumentum Sacrum, quæ verum per incuriam, nescio cuius, deest Missale. Quid ergo, uni ex illis magis celebrandi cupido, faciendum? Audi remedium. is, convocatis, sociis singulisque aliqua suggerentibus, scriptis integræ totum Canonem, & totam Missam de S. Maria in Sabbato illamque votivam (erat autem dies festus) sine periculo lapsus memoriam, ex scripto, celebravit. Noluerunt ceteri scrupulosiores eo uti remedio, Pars II.

imò prolixam toto die disputationem cum ipso ne dicam contra ipsum, protenderunt, & cum domum redissent rem mihi, quasi illum Sacerdotem notantes, detulerunt. Sed certe cum vindicavi à calumnia, & ipsos potuisse sine scrupulo, eiusdem exemplum sequi, discrete propter dicta in præced. aliasque rationes, pronuntiavi.

§. VI. De Cruce & Missæ requisitis circa Altare.

Apponitur & Crux, sed non cum tanto rigore præcepti; imò ab aliquibus docetur, Crucem non esse in Altari statuendam, ubi servatur clausum in Tabernaculo Sanctissimum Christi Corpus: in quo enim loco adest, quamvis veluti sub cortina, ipse Dominus personaliter, alio signo ipsum representante opus non est. Ita Suarez de Sac. disp. 8. 1. s. 2. c. 4. addere, alique, contrarium sentit, & quidem probabiliter Gavantus, quia Rubrica Missalis in omni Missa requirit adhibendam esse Crucem. Sed profecto, quando est exposita super Altare Sacratissima Eucharistia, sit certum, necessaria nequaquam esse Crucem, quia ipse Dominus Crucifixus palam est.

2. Olim inter Curiosos Rubricarum contentio fuit, an observetur Rubrica, quæ Crucem in Altare, dum sit Sacrum, expositulat si adstet Crucis, vel Crucifixus effigies depicta in Tabula, vel pariete: Satis observari Rubricam affirmabant aliqui, quia iam adest Crux. Negabant alij, quia, præter illam Iconem depictam ad parietem, requirunt, juxta Rubricæ apicem, aliam Crucem, super Altare inter candelabra, & ob oculos Sacerdotis, tum ad orandum, tum ad incensandum.

Dico, utroque sensisse probabiliter, sed à me contra Gavantum in Rubricæ Miss. p. 1. tract. 20. lit. D. auditu libentius affirmantes. Neque enim eiusmodi requisita adhiberi debent, sub ritu metaphysico, & penè dicam pharisaico; sed morali, & humano. Quis autem moraliter amplius Crucem requirat, si Crucem habeat in prospectu (licet non inter candelabra) ad quam, & orare & incensare, & quælibet circa illam officia, exhiberi possit?

3. Venio ad cetera requisita. Pallium; quo in anteriore fronte ornatur Altare, Pulvillus ad sustentandum Missale, Candelabra, Bursæ, intra quas servantur corporalia, Velum, quo operitur Calix, manutergium, & quæ alia sunt eiusmodi, aliquantulum remota à sacris actionibus, benedictione ut facto usui deserviant, nequaquam indigent: id quod, propter eandem rationem, de quibusdam vasis dicimus c. 1. §. 6. n. 6.

Insuper, ex pari, imò maiori ratione quam Layman supra notavimus §. 2. n. 3. quando aliquod ex his prædictis præstito in Ecclesia non est, id ex profanis, sed congruenter mundis, mutuo accipi ad sacrum Missæ Ministerium poterit, & deinde usu priori sine scrupulo reddi.

Denique Sylvester merito docet, non esse simpliciter necessarium, quod ante Altare sit ornatum pannis, seu pallio, nam aliqui, inquit, non utuntur hoc pallio vel propter præstantiam lapidis, vel propter paupertatem. Adderem ego, ne tamen sit irreverenter deformis. Pari modo non esse sub mortali necessarium pulvinar, id est Cussum, Cereum, campanulam pro temporis quo elevatur Hostia, secluso contemptu, (& quando hæc haberi commodè nequeunt, ne sub veniali quidem) advertere Pericus l. 1. de offic. Sacerd. c. 8. dub. 8. n. 77.

CAPUT VI.

De tempore Sacrificij.

§. I. Quo die celebrari possit, ubi de Triduo hebdomadæ Sanctæ.

Quocumque die Sacrificium Missæ offerri licet posse, præter feriam sextam hebdomadæ Sanctæ

K 2

est

est Doctrina communis. Quamvis igitur consueta sit praxis, Sabbato Sancto, & die Iovis Sancti, abstinere Sacerdotes à Missa in signum meroris ex Christi Domini passione concepti, tamen posset suas quisque celebrare Missas privatas etiam summo mane, etiam in templis publicis, nec solum in Oratoriis privatis. Ita Suar. *Fagund. Delug.* qui eos citat, sequiturque *d. 20. de Euch. sec. 1. n. 18.* Ratio est, quia pro die Iovis nulla adest prohibitio, & pro Sabbato Sancto, si quæ fuit, iam abrogata usu etiam tumoratorum fuit. Scio à Persicco *de off. Sacerd. l. 1. d. 6. n. 40.* afferri decretum sacræ Congregationis disponentis in Cena Domini unam tantum esse Missam celebrandam: sed vel dispositio est de Missa solenni, vel certe de ea nondum constat authenticè.

2. Incipit autem talis Missa privata Sabbati Sancti, à Kyrie eleison, exclusis Prophetis, & Litanis, quæ solum in Missa solenni recitantur: & iis exclusis, obligantur fideles audire, si possunt, quando fortè dies Sabbati Sancti sit festivus ex præcepto. Sic *Delugo de Euch. d. 20. sect. 1. n. 21.* In quo casu tam Sabbato, quam die Iovis plures Missæ possent, non obitante maiore Passionis Domini, in Ecclesiis offerri, quot scilicet ad satisfaciendum populo, moraliter necessariae iudicantur. Ita *March. de ord. tom. 3. p. 3. cap. 8. fin.* Feria autem sexta, id nequaquam potest, quia Ecclesia prohibet eo die Missam celebrari: nec enim illa, quæ tunc celebratur, cum desit consecratio, Missa essentialiter est; unde, nec eadem Ecclesia obligat fideles ad audiendam Missam, si fortè in dictum diem incidat festum alias de præcepto, ut iam sacra Congregatio declaravit, apud *Gavant in Rub. Miss. 4. t. 9. n. 24.*

3. Illud hic notandum, in die Iovis, & Sabbati Sancti, non posse fieri sacrum solemne in Ecclesiis seu Oratoriis Confraternitatum, nec fieri Sepulchrum cum asseruatione Sanctissimæ Eucharistiæ, nisi de licentia Episcopi. Ratio huius rei ducitur apud *March. de ord. t. 3. p. 3. cap. 8. num. 6.* ex prohibitione sacræ rituum Congregationis. Hic Panorini videtur esse tacita aliqua licentia, vel consuetudo, passim enim die Iovis Sancti, eiusmodi sacralium Societates in suis Oratoriis hæc peragunt.

§. II. An obligetur aliquando Sacerdos Missam celebrare.

1. **H**ic, ubi agimus de tempore Sacrificij, dubitatio hac reduci convenienter potest. Et obligari quidem sub mortali simplicem Sacerdotem (nam de beneficiis, aliisque similibus, mox) saltem ter in anno, docent nonnulli, apud *Dianam p. 2. tr. 1. q. 19. & præcipue in Natali Domini, Paschate, & Pentecoste.* Satis esse si, præciso scandalo, semel, hoc est, in Paschate, quod est obligatio communicandi, aut putant cum Sancto Bonaventura in *4. d. 12. art. 3. quæst. 2. 1.* Nihilominus, cum aliis censo, Sacerdotem, qui nunquam toto vitæ suæ tempore, sacrificat, dummodo in Paschate communicet, saltem mortaliter non peccaturum, ex eo præciso, quod non sacrificet. Sic *Gabr. Sotus, Caetan. Victoria* alique apud *Fagund. 1. Eccl. præcept. lib. 3. c. 15. n. 1.* Adde *Delugo de Eccl. disp. 20. sect. 1. num. 2.* vide etiam *Suar. de Sac. d. 2. tr. 1. paragraph. Hæc res.* & *March. chin. ordin. t. 3. pag. 2. cap. 36.* Ratio est, quia non apparet præceptum cum tanto rigore obligans, ut latè habent citati Doctores.

Parochorum obligatio celebrandi.

2. Quoad Parochum, certum est obligari vel per se vel per alium curare, ut quando ejus parochiani obligantur audire sacrum, celebraretur Missa, quia ad hoc recipiunt stipendium, & tale munus acceptant. Ita *Coninch. de Sac. q. 83. art. 2. d. 1. num. 202.* Conc. Trid. *sess. 22. cap. 12.* Extra id tempus, ablata legitime consuetudine vel lege, vel pacto, non sunt obligandi Parochi ad sacrificandum, quia tale præceptum, in iure non adest. Ita

March. de ordin. tract. 3. p. 2. cap. 30. num. 1. *Idem* mini, sicuti uni Missæ obligantur interesse Fideles, unam celebrare quantum est ex hoc capite obligatio. Ita *Fagund. Eccl. præcept. c. 16. n. 1.*

Denique, an idem teneatur applicare aliquam pro suis ovis, vide inf. a *l. 2. c. 2. §. 16.*

Capellani, & Beneficiarii obligatio celebrandi, etiam in Ecclesiis Collegiatis.

1. **I**am Capellaniam, vel Beneficium habentem est obligari ad eas Missas eo tempore celebrandas, quas iuxta Fundationem vel pactum debent: Sed materia, spatium multa, l. 3. differemus.

Obligatio celebrandi quoad Ecclesias Collegiatis.

4. In Ecclesiis Collegiatis, Cathedralibus, Cathedralibus, ubi competens est Sacerdotum numerus, primo quotidie, saltem, una Missa privata etiam Secundo altera cantata, quæ dicitur Conventuali seu solennis.

Dico, Quamvis aliqui in Rectoribus eiusdem ecclesiarum, mortale peccatum agnoscant, si aliquæ hoc deficient. Ita *March. de ord. tr. 3. p. 2. c. 30. d. 2.* *Suar. & Fag. Coninch. de Euch. q. 83. art. 2. d. 1. num. 1.* *Laym. l. 5. t. 5. c. 2. n. 5.* Tamen probabile est cum *Vid. in Summa, de Euch. n. 94.* (præcise de ab aliquo tali Ecclesiæ obligatione) Missam five privative solennem semel, vel bis omittit in habenda non esse saltem mortale. Ratio est quia nullus est gaudus sub culpa levis, nisi manifeste constet incepto obligante: at non apparet tale præceptum, quod tantum onus susceptum fuerit à Collegiatis, quod collegiatis sint. Ita *March. ibid. n. 1. Summa de 7. c. 15. Metastus apud Dianam p. 4. tr. 3. ref. 38.*

5. Dices etiam adversariis, omittit talem Missam Primò scandalum, Secundò contra consuetudinem ecclesiarum. Tertiò contra Cap. cum creatura, de violatione Missarum.

Respondet ad primum, non fore ad summam populi admirationem. Ad secundum, hæc non est consuetudinem acceptam sub mortali, quia de hac constat. Ad tertium, negò colligi præceptum grave, et ad capitulo; quod, hic excerptum, iam profuso. Cum creatura non habeat quid pro merito respiciat Creatori &c. & infra: Mandamus, quatenus nullum torporum negligentia obrepere permittatis, qui minus & anniverfariis defunctorum, & pro festo, vel feria, iuxta temporum congruentiam Missarum solennium, curantur, liter, celebratis hæc Canon. Vbi nota. Primo illud, *March. damus*, quod ex aliquibus bonis Doctoribus non est præceptum sub mortali. Ita *March. p. 1. lib. 5. c. 6. p. 1. n. 1.* *Lex, n. 6. expurgatus, n. 5.* Nota secundò, illud, *congruentiam*, & illud *Torporum*, quod solum notant moneri Prælatum, ut sine torporum officij, & Missæ, iuxta Rubricas, non omittantur non igitur novum præceptum.

Nota Tertiò, aliquos Canonistas cum Abb. in *de creatura, parag.* Item nota, immerito ex hoc colligere, semper in dictis Ecclesiis, etiam in festis, celebrandas necessario esse duas Missas, alteram de defunctis, alteram de festo vel feria occurrenti, ni dicantur, perinde mortaliter à Prælato? Immerito, inquam cum *Fagund. t. 1. tr. 5. cap. 4. num. 104. fine.* *Coninch. de Euch. quæst. 83. art. 2. dub. 1. num. 204.* siquidem Canon, solum continet ut Anniversaria non omittantur, iuxta cuiusque ecclesiæ obligationem, & in tali die Anniversarij, prætextu Missæ celebratæ pro defunctis, non negligantur Missa de festo, vel feria iuxta temporum congruentiam celebranda? Cæterum nequaquam præcipit, ut singulis diebus celebraretur Missa defunctorum, inveniendi enim esset, in Paschate v. g. defunctorum celebrari.

Obligatio celebrandi Missam de feria privilegiata.

6. Missam solemnem de feria privilegiata (quales duntaxat sunt omnes feriae Quadragesimae, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum) in praedictis Ecclesiis Collegiatis omitti non posse, sed occurrente etiam alio festo, canendam post Nonam declaravit Sacra Congregatio apud Tambur. *de jur. Abb. de 5. quasto* 10. n. 37. & March. *de ord. tr. 3. p. 2. c. 30. num. 7.* Queritur ergo Primo, An si id non fiat, mortaliter peccetur a Rectores Ecclesiarum. Secundo, An ad id teneantur, Ecclesiae Regularium choro addictorum.

Ad Primum quaestionem, Dico, non peccari mortaliter. Ratio est modo n. 4. dicta quia non manifeste constat de tam rigoroso praeccepto.

Contra docet Verricelli, *tr. 8. q. mor. 30.* sed mihi ejus rationes efficaces nequaquam videntur.

7. At timenda est Primo dicta declaratio Sacrae Congregationis. Secundo Rubrica Missalis id disponens. Respondendo ad Primum. De tali declaratione non constat authentice. Ad Secundum. Rubrica has duas Missas, nempe *currentis Festi, & feria privilegiata*, injungit praecceptum (ut alia interim taceam) non denotat, ait enim, *Canantur*, seu *dicuntur* *duae Missae*; Quae, Non sunt verba imperativa. Immo etiam si diceret, *Canentur*, non statim probaretur praecceptum fuisse mortali, nam verba imperativa ex Castro. *tom. 1. de leg. de. 1. p. 9.* non semper praecceptum grave important.

8. Ad Secundam quaestionem, negant aliqui cum Rosta. *1. q. Reg. 43. art. 12.* Peyrin. *1. 3. in Add. c. 1. n. 19.* Ecclesias Regularium dictas teneri, etiam si teneantur aliae Collegiatae, quia putant horum Ecclesias non esse Collegiatas. Affirmant aliqui, cum Portel. *in Dub. Reg. 7. Missa. n. 7.* quia est contra censent verè Collegiatae esse. Unumque probabile.

9. Ex eo autem, quod probabiliter ejusmodi Ecclesiae Regularium non sint Collegiatae sequitur nec teneri ad celebrandum quotidie, saltem, unam Missam privatam, quantum est ex hoc capite, neque ad Missam Conventualem. Ita Victoria *in Summa de Euch. n. 49.* Adde, & ea, quae de Collegiatis in universum dicta sunt n. 3.

§ 11. Quando licet plures Missas eodem die, celebrare.

1. **A**pod antiquiores invenio casus omnino novem in quibus plures, eodem die, celebrare fas est, leg. Coninch. *d. 3. de Euch. art. 1. d. 3. n. 213.*

Primo in Natali Domini, & quidem ter, Valentiae, die secundo Novembris, bis celebrant, ex indulto Pontificis. Ita Delogo *de Euch. d. 20. sec. 1. n. 43. fine.*

Secundo quando quis praestitit duabus Ecclesiis, & n. bis, in die sacrificet, sacro caret alterutra. Idem esset ex Fagund. *1. Eccl. praec. lib. 3. cap. 16. n. 5.* ubi rari sunt admodum Sacerdotes, ut in Anglia, Hibernia, & nonnullis partibus Germaniae, & in Indiis adde, & Tunensi, & in tota Africa, & in regionibus quibuscunque infidelium, in simili necessitate Christianorum ibi forte degentium) quilibet enim Sacerdos, quamvis non sit Patrocinus, poterit ibi requirente necessitate, plures celebrare in die, etiam nulla petita licentia ab Episcopo, forte ibi, praesente vel vicino; quia ubi jus commune de consensu, de celebr. Miss. facultatem concedit, ab alio expectanda nequaquam est.

Aque id intelligi etiam in diebus non festis, si adfuerint, qui sacro velint interesse, rectè probat contra Nunum Delogo *resp. mor. d. 12.*

Tertio, quando aliis infirmis decederet sine viatico. Quarto, quando facto sacro, supervenit Episcopus vel princeps volens etiam die non festivo, interesse sacro, nec sit alius, qui celebrare possit.

Quinto, si die festivo superveniat multitudo Peregrinorum celebrato jam sacro. Hoc reducitur ille casus, quando in dedicatione Ecclesiae, propter multitudinem populi, magna ejus pars, nisi quis, iterum celebraret, sine sacro remaneret.

Part. II.

Sexto, quando celebrata jam Missa, superveniret defunctus sepeliendus, in eo loco, ubi defuncti sine Missa peliti non solent.

Septimo; quando, eodem die, occurrunt duae Missae celebrande altera de festo, v.g. altera de feria privilegiata, & unus tantum adest Sacerdos.

Octavo, quando Missa esset necessaria, ad benedicendas nuptias.

Nono, quando aliqua alia necessitas iudicio prudentis iteratam, ejusdem Sacerdotis Missam expoleret.

2. Hi novem casus, ut dicebam, assignantur ab antiquis, qui tamen universi à Recentioribus, Coninch. *loc. cit. Fagund. loc. cit. cap. 16. Suar. de Sacr. d. 80. sec. 3.* Alique Vazq. *de Sacr. d. 23. c. 5. n. 50.* merito, non admittuntur. Dico igitur solum tres primos casus esse approbandos. Ratio praecipua est, quia in aliis casibus nulla sufficiens necessitas apparet: Ille enim Episcopus, vel multitudo, vel sponsus, vel duplex Missa currens non afferunt obligationem ad Missam, quando haec haberi non potest, vel debito modo celebrari non valet. Adde jam ipsam Ecclesiarum omnium consuetudinem, nunc ostendere, non nisi tres casus priores necessitatem, seu facultatem sufficientem ad plures Missas, afferre. Imo Vazquez *loc. cit.* solus duos primos casus approbans, non admittit tertium, quia non putat esse tantum necessitatem infirmo dare Viaticum, ut vincat praecceptum de celebrando semel in die, sed, certe probabile etiam iudicio, quod vincat.

3. Porro, duo sunt notanda. Primo haec intelligenda esse, dummodo Sacerdos iterum celebraturus sit jejunos: Ita iidem, & passim. Doctores: quare debuit is non fuisse purificationem, & ablutioem, si iterum in praedictis casibus sacrificare velit.

Ex quo colligunt nonnulli, casum illum tertium de infirmo alias sine viatico morituro, nisi quis iterum, eodem die, sacrificet esse casum metaphysicum. Nam si Sacerdos novit mortem imminentem infirmo, poterit, immo debet reservare de sua Hostia, qua infirmum communicet, si aliunde alia hostia non suppetat: Ita in nostro opusculo de Communionis expedienda, c. 6. §. 6. si verò non novit, jam sumet ablutioem solitam, & sic non erit jejunos, ut possit iterum celebrare. Solum igitur casus habebit locum, si forte Sacerdos sciat infirmi necessitatem in illo temporis momento, accepto Calice, ante ablutioem, qui certè, ut dictum est, erit casus metaphysicus, & rarissimus.

Di. o tamen, non ita esse, sunt enim duae sententiae, de quibus diximus *ibid. c. 2. §. 8. n. 32.* quarum altera docet, non licere non jejunos celebrare, ad dandum viaticum, & in hac sententia fateor casum esse metaphysicum. Altera docet licere, & tunc poterit Casus facile contingere: cognita enim moribundi necessitate etiam post ablutioem assumptam poterit Sacerdos, secundum hanc opinionem, quae certè probabilis est, iterum celebrare.

4. Secundo notandum est sicuti bis celebrare in praedictis necessitatibus id indulgetur, ita pluries; si sufficiens, ad plures Missas, necessitas adsit. Ita Coninch. *de Eucharisti. q. 83. artic. 2. dub. 3. num. 214. fine.* Ratio est, quia si necessitas dat facultatem ad secundam, tur si talis necessitas non dabit ad tertiam, & sic deinceps?

5. Fagundez, *1. Ecc. praec. lib. 3. c. 16. num. 5.* contra hanc Doctrinam sic habet: *Sacerdos bis, requirente necessitate, celebrare in die poterit non pluries, quia Ius in cap. Consulisti, de Celebratione Missarum solum bis in die concedit, in necessitate celebrare jejunis.* Haec Fagundez qui, certè nescio, unde pro se potuit talem textum afferre. Ecce integrum Capitulum, quod est Innocentij III. c. Consulisti, & infra. Respondemus, quod, excepto die Nativitatis Dominica, nisi causa necessitatis suadeat sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare. Haec, & nihil praeterea textus.

6. Petes. In nocte Natalis, potestne Sacerdos, semel communicare extra Missam, & deinde celebrare alias

K 3 duas

apud Lezanam, p. 1. c. 21. n. 2. Dico primo contra Fernandez ab eodem citatum, & Peyrinum *Tom. 1. in conf. Pyrrii* n. 19. non esse revocata à Tridentino. Ratio est, quia Tridentinum imponit solum Episcopis ut remedia adhibeant, si quæ sunt necessaria in celebrandis Missis. Cæterum ubi Episcopi non repugnant, non est, cur Religiosi à suis privilegiis dimoveantur. Scio Peyrinum citatum asserere rationes contra nos, sed eas, si rectè expendantur, faciliè à quolibet mediocriter docto dissolvi possunt. Nobiscum sentit Delugo *de Euch. d. 20. sect. 1. num. 19.* citans Ioannem Salas, Rodrig. multosque Theologos Salmanticenses, loquens de secundo privilegio allato n. 10.

17. Dico rursus nec revocata esse à Declaratione prædicta. Ratio pro modo illa sufficiat, quia de hac, nondum constat authenticè.

18. Denique moneo his tribus privilegiis uti non posse Patres Societatis, quia nondum P. Generalis ea ipsis communicavit; quo tamen impedimento alios Religiosos laborare nequaquam solere insinuavimus alibi.

Quoad meridiem.

19. Terminus ultra quem celebrare Missam non licet, est Meridies moraliter acceptus. Ita Pius V. in *Rub. Miss.* Satis est tamen, ad evitandam omnem culpam, si Missa inchoetur ante meridiem, vel in ipso meridie licet ab absolvat postea. Ita Vasquez de *Euchar. 232. c. 4. num. 7.*

Quod si absque ulla causa inchoetur, vel post tertiam partem horæ à meridie, ex Azor. p. 1. lib. 10. cap. 25. quest. 6. vel post mediam horam ex Layman. l. 5. r. 5. cap. 4. num. 4. vel post tres quadrantes ex Bonacina. *de Euch. d. 4. q. ult. p. 9. num. 6.* seu post non integram horam plus minuse ex eodem *ibidem*; & Sily. apud Diam. p. 1. *Tom. 4. ref. 14.* peccabitur, sed non nisi venialiter, propter parvitatem materiæ, cum causa nil peccabitur, quia causa vincit defectum illum, aliàs venialiter. Colligo ex Delugo d. 20. *de Eucharist. sect. 1. num. 41.* Scio Navarrum in *Manual. cap. 25. num. 8.* docere etiam hodie, licet celebrari posse, usque ad horam tertiam post meridiem, ut olim licebat, quia nullibi est ablata, (inquit) talis facultas, cui sententiæ favet *Sav. Missa num. 2. in impress. genuina*, quatenus, ob id faciendum, idem concedit. Sed contradicit communis Theologorum sententia cum Delugo l. c. Layman loc. cit. consuetudo à Sum. Pontifice Pio V. in *Rub. Missalis* approbata & censura Prælatorum, qui id facientes punirent; Concinitque Tridentinum dum præcipit, ne Sacerdotes aliis quam debitis (id est, ut explicat Layman loco cit. in *Ecclesia communiter consuevit*) horis celebrent.

20. Illud cum Vasquez de *Eucharist. d. 232. cap. 4. num. 37.* & aliis, planè concedimus in magna festivitate, absoluta tardius concione, in Ecclesia manè exhibita, vel funere Principis, vel solemniori ordinatione, vel simili, posse Missas privatas, etiam tardius, hoc est, usque ad horam tertiam post meridiem, celebrari, ne Missa populus defraudetur.

21. Sacerdotem quemlibet ad dandum viaticum, imo, atque Episcopum, itineris, vel simili causa, posse, una integra hora, postponere, à meridie, ut etiam eundem Episcopum posse ex causa similem facultatem suis subditis impetire, omnes apud Delugo *de Euchar. d. 20. sect. 1. num. 42.* concedunt, juxta ea, quæ in simili diximus supra num. 6. & 7. idem posse Provinciales, & Superiorum localem etiam Provincialis præsentem, quia adhuc Superior localis in sua ordinaria potestate persisterit respectu suorum subditorum, ut ibidem diximus, certum est. Colligo ex Suarez, 4. *Tom. de Relig. træt. 8. lib. 2. cap. 12. num. 18. juncto cap. 23. a. num. 12.* Ad dandum viaticum posse celebrari usque ad tertiam horam post

meridiem, sequendo tunc opinionem Navarti *num. 19. dictum*, concedit Vasquez 2. *de Eucharist. d. 235. c. 4. num. 41. fine.*

22. Illud item amplectimur, Mendicantes, participantisque cum illis, quia habent privilegium in *Comp. Privil. Soc. Jesu V. Miss. §. 3.* postponendi ex causa Missam per horam à meridie; posse incipere post horam integram, quia pro his privilegium debet esse utile; Si ergo alij possunt, ex dictis num. 9. post non integram horam, Missam incipere, & causa ipsi poterunt, ex eadem causa, aliquanto plus, atque adeo post integram horam. Nota tamen in Societate Jesu debere esse cum licentia Superioris, saltem localis juxta restrictionem illis factam *ibid.* à R. P. Generali.

23. Immo quemlibet Sacerdotem ex justa, v. g. itineris, vel simili causa posse in die festo Missam incipere post integram horam à meridie, docent plerique Henric. Suar. Mirand. Rodrig. quos citat, sequiturque Layman. *lib. 4. tract. 5. c. 4. m. 4.* itaque ex consuetudine, observari testantur. In qua opinione dicendum erit, privilegium modo dictum Medicantibus concessum, non ad diem festum dumtaxat (id enim, cum causa, habent omnes) sed ad alios dies non festivos se extendere.

De Privilegio Mendicantium postponendi Missam usque ad tertiam horam à meridie.

24. Concessit Eugenius IV. apud Bullar. Rodriguez *Bulla 11.* per Bullam Congregationi sanctæ Justinae, & consequenter aliis participantibus, ut licet possint celebrare in itinere, vel ex causa justa, usque ad Nonam inclusive: *hujusmodi Congregationis* (ait Pontifex) *Sacerdotes in itinere constituti, aut alia ad hoc causa subsistente, ante diem, & usque ad Nonam inclusive, ut celebrare valeant tenore præsentium duximus concedendum.*

Hoc privilegium non esse revocatum à Tridentino, constat ex iis, quæ diximus num. 16. nec eo tamen uti posse Patres Societatis Jesu, nisi eis P. Generalis illud communicet, nimis sapè, per occasionem, diximus item in superioribus.

25. Justam autem causam judico quodlibet impedimentum quo quis propter rationem alicujus momenti non potest ante Missam incipere. Dico (alicujus momenti) siquidem non sufficit, solum ut commodius, celebret, nec ex eo, quod tardius è lecto per segnitiam exurrexeris, nec ut stipem, cum eam non indigeas, lucrari valeas, &c. è contra sufficiat (præter iter faciendum) infirma valetudo quo tardius cogaris è lecto, vel è lecto exire: studium necessarium ad concionem, vel simile, si post Missam illi studio vacare non possis: negotium alicujus momenti, quod differri non potest, multitudo confessionum, si post Missam illis satisfacere non valeas: imo & confessio incepta quam ægrè differre penitens ferat, & elemosina, qua ad victum indigeas, & his non absimilia potius morali judicio, quam certa regula definienda. Semper ergo præ oculis habendum erit debere incidere aliquam necessitatem, nec quidem maximam, dum sumus in privilegiis, quæ in nullius sunt præjudicio: nec vero modicam, cum locus in re non levi.

26. Denique decernamus quotanam hora intelligatur nomine Nonæ. Francolinus apud Delugo *dispuz. de Euch. 20. sect. 1. n. 42.* rem exactè perpendens, docet esse variam, secundum varia anni tempora, nec esse semper tribus horis post meridiem, ut aliqui universaliter affirmant. Docet ergo in Equinoctio, hoc est die 24. Septembris, die 21. Martij Nonam esse quidem tribus horis post meridiem, at in Solstitio hyemali hoc est 22. Decembris Nonam esse duabus horis cum quadrante post meridiem: in Solstitio autem æstivo, hoc est 21. Junij, esse tribus horis cum tribus quadrantibus. Ratio hujus varietatis ducitur ex eo, quia hæc distinctio

dici per Primam, Tertiam, Sextam, Nonam fit juxta brevitate, vel longitudinem dici, qui longior est ætate, quam hyeme, & consequenter Prima, v. g. longius protrahitur ætate quam hyeme, & sic de cæteris. Durat autem hora nona (quæ facit ad nos) dimidiam partem temporis, quod fluit à puncto meridiei, usque ad verum occasum Solis: quare si meridies, v. g. sit hodie decima octava hora dici, durabit Nona per tres horas, hoc est usque ad horam vigesimam primam eiusdem dici.

27. Sed quæ est, singulis diebus anni ad nostrum Horologium Italicum talis hora?

Subscribam hic horam eiusmodi Nonam, pro dictis diebus dictorum quatuor Mensium, iuxta Meridies Panormitanum, in Sicilia, ad gradus altitudinis poli 38. ex quibus cæteri, plus, minusve, distantes, facile colligi à quoquam poterunt.

28. In Æquinoctio verno, hoc est 12. Martij, Meridies Panormi est hora 18. Nona ergo ex dictis n. 26. durat usque ad horam 21.

29. In Solstitio æstivo, hoc est 22. Iunij, Meridies, ibid. est hora 16. m. 41. Nona ergo, ex dictis n. 26. durat, usque ad horam 20. m. 26.

30. In Æquinoctio autumnali, hoc est 16. Septembris, meridies, ibidem, est hora 18. Nona ergo, ex dictis n. 26. durat usque ad horam 21.

In Solstitio hyemali, hoc est 22. Decembris, meridies ibid. est hora 19. m. 19. Nona ergo, ex dictis n. 26. durat usque ad horam 21. m. 34.

Dices fore scandalum tam fero Missam celebrare. Respondeo, posse huic occurrere, si explicetur quando opus fuerit, assistantibus privilegium: quod si explicatione non obstante, perseverabit quis in scandalo, scandalum erit passivum, quod vitare nequaquam obligamur.

CAPVT VII.

Expediuntur quadam faciliora pertinentia ad Sacerdotem antequam celebret.

§. I. Preces ante Missam.

1. Licet sanum consilium sit ante Missam (idem, ut hac occasione dicam est, post Missam) preces Deo offerre, & præsertim illos Psalmos recitare, & Orationes, quæ præponuntur in Missali; tamen id in præcepto nequaquam est; nam ideo, notanter ibi dicitur. *Præparatio ad Missam, pro opportunitate Sacerdotis facienda.* Ita Castropalaus. *2. tract. 7. d. 2. p. 4. n. 6.*

2. Major difficultas est de precibus quæ recitantur dum Sacerdos induit sacras vestes. Sed contra Navarum, apud Bonac. *mox citandum* & Azor. apud eundem, nec has esse sub gravi præcepto, inde constat cum Bonac. *de Euchar. d. 4. q. ult. p. 8. num. 32.* quia non apparet, unde id, vel iure, vel consuetudine cum tanto rigore præcipiantur. Quod de veniali; Ægrè illud admitterem, quamvis admittat Castropalaus, *de Sacram. tract. 22. disp. unica p. 10. num. 8.* alios citans: & Ratio nostra est, quia ubi nullum præceptum invenio, cur præceptum veniale velim admittere? ex consuetudine nec idem veniale possum colligere, ut in simili dicam *mox §. 1. à n. 3.*

§. II. Recitatio Matutini.

1. Facere Sacrum, non recitatis privatim precibus Matutinis, esse mortale docent communiter Antiquiores, apud Marchin. *de ord. t. 1. c. 5. p. 3. c. 5.* & nonnulli Recentiores. Azo, Bellarm. Regin. alique apud eundem Marchinum, quia est, inquit, iam verus consuetudo, & quia Pius V. in Bulla in *primæ Missalis*, districte id præcipit. Negant vero communiter alij probabilius. Ita Sylvest. Sorus, Medina, Val. Suar.

Vasq. Lessius, Hentiq. Sà, Scottia, Fag. Layman. eodem Marchino. Ratio est, quia non apparet consuetudinem, nec Pij V. mandatum esse tam non consuetudinem, quia non constat, vel consuetudinem, vel esse sub mortali acceptam: non enim di, non reductur nisi ad consilium, ut mox mus n. 5. & 7.

2. Sed quid de peccato veniali? Commendatur, quæ, qui liberant celebraturum à mortali, non rant à veniali, si sine causa, Missam Matutinam præcujus doctrinæ fundamentum sic profert Castropalaus. *2. tract. 7. d. 2. p. 4. n. 6. sine. Veniale sine dubio tingit, quando absque rationabili causa, Missa non præmissa Matutini recitatione: quia ita est recepta, & quia matutinum hora consueta, & ad præscripta, non est dictum.* Hæc ille.

3. Verum optassem primò, quod Castropalaus basset hanc consuetudinem sub obligatione fuisse receptam, & non ob devotionem in se, & errorem, quo judicabant adesse præceptum, quod factum non erat: cum igitur id non probaverit, quiescere non possum.

4. Optassem secundò, quod in secunda ratione (quia Matutinum hora consueta non est dictum) non fuisset quæstiones. Nos enim hic non quæramus, veniale, hora, non consueta, licet Matutinum sit veniale, præponere Matutino Missam, quæ rationes divergunt, nec una aliam inferens, ut ex se patet.

5. At saltem, non observabit Rubrica, quæ Missam esse postponendam, ergo peccabitur veniale. Respondeo negando consequentiam, quia Rubrica infra lib. 2. cap. 5. §. 1. dicemus, aliquando solum consilia.

6. Audi ipsum Castropalaum *2. tract. 7. d. 2. p. 4. n. 6.* idem alicentem, dum probat id non esse mortale. Dicere Missam (inquit) Matutinis precibus non præcedere, non est mortale. Ratio præcipua est, quia voluntas de hac re præceptum. Dicit esse præceptum Latini V. in principio Missalis, ubi in virtute sanctæ oblationis præcipit Missam dicere juxta ritum Missalis, & ad additionem, vel diminutionem, aliâve mutationem, aliam remotionem ibi præscripta. Sed una ex ceremoniis est hæc, ut, &c. Respondet, Pium V. tulisse præceptum, ut Matutinum dicendi Missam, nec novum inducendi: sed hæc non generalis præceptum non comprehendit Matutinam recitationem, quia recitatio Matutini non est ritus Missæ, sed ad Missam præsupponitur, alias vocatur præparatio, & aliquantulum sub præcepto est, cum in iis Rubricis præcipitur. Aliqua tamen in Rubricis præscribitur, non ut præcepta, sed ut consilia. Neque obstat inter alia, quod Missa contingentes computari omissionem Matutini precum, quia solum, est defectus levis; vel dicendum procedere ex sententia antiquorum Canonistarum. Item obstat, dari aliquando privilegium ad dicendum Missam non recitatio Matutino, quia hoc dari potest, ut lenius scrupulus. Hæc ille. Vides autem hanc rationem Arinam favere etiam non admittenti peccatum veniale.

7. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

8. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

9. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

10. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

11. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

12. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

13. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

14. Confirmo ex eodem Castropalaus *ibid. n. 7.* in vata (ait) recitatione officij sedere, cum standum est, & re, cum est stectendum, ex Rubrica præscripto, non esse peccatum si absque contemptu fiat, quia non videtur præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis præcipi, sed consili, & ordinari majoris devotionis gratia.

recepta ex honestate. Ita Bonac. alios referens de Euch. d. 4. q. ult. p. 9. n. 28 in fine.
2. Quid non solum id peccatum non esse olim existimatum fuit, verum etiam à Patribus in Agyptiorum Monasteriis degentibus, statum erat: ut nudis pedibus Monachi ad sacra celebranda, immo & percipienda, procederent. Calceamenta (inquit Cassianus lib. de habitu Monach. cap. 10.) veluti interdita Evangelio præcepto Monachi recusantes tantummodo caligis (hoc est græcè Sandaliis, in Annotationibus eiusdem Cassin. V. Caligis, hæc mutantur pedes, & paulo post. Quibus tamen caligis, quamquam licite vitantur, utpote Domini mandato contentis, nequaquam tamen pedibus eas inherere permittunt, cum accedunt ad celebranda seu percipienda Sacrosancta mysteria, illud asstantes, etiam secundum litteram, custodiri debent, quod dicitur ad Moysen, vel ad Iesum filium Nave: Solve corrigiam calceamenti tui, locus enim, in quo stas, terra sancta est: Hactenus Cassianus.

§. IV. Pileolus.

Capite aperto incedere usque ad præsentiam Altaris debet Sacerdos, ibi tamen aperto capite, ad Missam procedere ex c. Nullus Episcopus, de consecr. dist. 1. Sed dubium est, an ita pileolo uti quis possit, ut non amoto, celebrare factum valeat. Negandum id est, citra facultatem rite concessam, vel citra necessitatem, hac enim necessitate existente, posse Sacerdotem, capite pileolo cooperto, celebrare, si non est opportunitas petendi facultatem, docet Delugo de Euch. d. 10. sect. 4. num. 102. gradumque necessitatis sic explicat Marchinus de ord. tract. 3. p. 3. c. 4. n. 9. Non credendum esse mortale (quod dicit Garzanti) absque dispensatione, sed cum iusta causa, puta ob nimiam regionis frigiditatem, capitis debilitatem, vel senectutem, vel ob calvitiū, celebrare cum pileolo usque ad Canonem, si difficile esset petere dispensationem, & usus pileoli de raro contingeret. Dicitur, quia decreta Sacra Congregationis, de hac re, sunt restrictiva, non præceptiva, &c. & infra: Quod si alicubi est pena excommunicationis, est comminatoria, qua ex Summo Sancto. Ceter. non semper est signum mortalis culpe. Hæc Marchin. & quoad illud quidem (usque ad Canonem) aliqui cum Bonac. d. 4. de Euch. q. ult. p. 9. n. 29. extendunt usque ad Consecrationem, aliqui cum Delugo modo citato loquuntur absolute.
2. Olim autem Episcopus immo & Prælati Religionum pro suis dispensabant in hac re. Sic Henric. Scortia, Laym apud Dian. p. 2. r. 14. ref. 8. nunc id reservatur Pontifici in Missali novo Urbani VIII. his verbis: Nemo audeat vi pileolo in celebratione Missarum sine expressa licentia Sedis Apostolicæ non obstante quacunque contraria consuetudine.
3. At verò sicuti ex Sanchez l. 2. de matr. d. 40. n. 6. 7. in multis potest Prælati dispensare in casu necessitatis, quando non datur recursus ad Pontificem; ita poterit in hoc de pileolo: solum advertit, non requiri magnum necessitatis gradum, quia res de qua agimus, non est tam gravis; quare necessitates modo numero primo dictæ erunt sufficientes ad hoc, ut Episcopus, vel Prælati possint dispensare, si non sit recursus, vel sit difficilis ad Pontificem, sicuti si difficile sit ad Prælaturam recurrere, sufficientes ibidem erant ad hoc, ut id fieret etiam sine dispensatione. Id quod insinuat prædictum decretum n. 2. allatum, dum dicit (Nemo audeat) non enim est presumere, quando necessitas urget, & non est petendi dispensationem opportunitas.
4. Sed quod peccatum est, cum causa quidem, sed sine dispensatione, quæ posset facile obtineri, celebrare cum pileolo: Dico citra scandalum, & contemptum, non esse mortale Ratio est, tum quia non videtur ex se gravis irreverentia, tum propter auctores magni nominis nobiscum sentientes. Sic Sylvester, Ang. Tabien. Rodrig. Henric. Grassius, Bart. ab Ang. Mirand. Scortia, Fag. Ledesma, quos sequuntur, citantque Marchinus de ord. t. 3.

p. 3. q. 4. n. 11. Diana p. 2. tract. 14. ref. 38. Sanæ Vasquez alatus, approbatque à Castrop. de sacrif. tract. 12. d. 2. vnic. p. 10. num. 10. asserit, omnes Sacerdotes in Polonia, hyeme, velato capite, usque ad consecrationem Altari adesse, probatque posita causa posse id fieri, etiam sine licentia, quia dictum c. Nullus, præsumptionem requirit.

5. In China licitum est celebrare totam Missam aperto capite quia ibi signum reverentiæ non est aperire, sed regere caput, licet ad omnem scrupulum amovendum Pauli V. licentia ad id accesserit. Ita Præpos. de Sacri. q. 83. art. 3. d. 6.

§. V. Minister.

Debet, ex Bonac. de Sacri. d. 4. q. ult. p. 9. num. 34. sub obligatione mortali, esto non debere sub mortali dicant Niatr. & Zerola apud Fagund. præcept. Eccles. lib. 3. c. 21. num. 5. adesse qui ministret Sacerdoti sacrificans. In necessitate tamen, & citra scandalum, illum abesse, non esset culpa. Ita Suar. Layman. Fagund. Dian. apud Delugo d. 20. de Euch. sect. 4. num. 103. Semel cum quidam Sacerdos rusticaretur, convenissetque multitudo Agricolarum, die festo ad audiendum Sacrum, nec accesserit, qui sciret Sacro ministrare, unum ex illis rusticis summarie idem Sacerdos instruxit, qui ad ipsius Sacerdotis nutum missale transferret, vinum, & aquam portigeret, tintinabuloque, cum sacra Hostia elevaretur, signum daret; Cæterum in reliquis, sibi respondit Sacerdos, ita factum est, ut vix Ministri defectus apparuerit. Rectè factum, & in simili necessitate non reprobandum.

2. Feeminam ministrare Sacro, prohibitum est omnino, quare tum ipsam, tum Sacerdotem eam admittentem peccare mortaliter docet Marchinus de ord. tract. 3. p. 3. c. 15. n. 2.

3. Et in casu quidem necessitatis, potius conceditur à Doctoribus, celebrare sine ministro, quam illa circa Altare ministrante. Dico (circa altare) nam ministrante circa Altare viro, qui nesciat respondere, & respondentibus ex choro Monialibus v. g. non esse prohibitum, nec inconveniens, docet contra Vasquez, Delugo, ibid. cui sententiæ faget praxis: nam inde Moniales cantare Gloria Credo, & similia, in aliquibus Missis etiam solennibus, videmus passim.

Scio Nunnum, & Silvium apud Dian. p. 2. r. 14. ref. 43. Adde Sylvest. apud March. loc. cit. n. 3. concedere feeminis utrumque in necessitate, id est, assistere Altari, & respondere: sed his non assentior, cum casui necessitatis melius, & minus periculosè provideatur per Sacerdotem sibi ipsi ministrantem.

4. At qualis est gradus necessitatis, ut possit quis sine ministro celebrare: Certè, ut detur infirmo viaticum, est sufficiens necessitas. Ita Silvius, Villalob. alique apud Dian. loc. cit. quidquid alij dicant cum Hurtad. d. 4. de Sacrif. diff. 12. versus finem, ut Sacerdos aliquo die festivo satisfaciatur præcepto audiendi Sacrum, multo magis, ut multitudo Rusticorum idem præceptum adimpleat. Scio Villal. Silv. alique apud Dianam loc. cit. Ratio horum est, quia cum ex Delugo d. 20. de Euch. sect. 4. n. 103. Ministrum assistere Sacerdoti celebranti sit potius introductum consuetudine, quam iure non est tanti rigoris, ut maior necessitas requiratur. Atque ex his poteris de aliis similibus necessitatibus statueret.

5. Quod si carens ministro nolis, die festivo, facere Sacrum potes sine peccato; quia potes sequi opinionem probabilem negantium, illum esse necessitatem sufficientem, cum possit dici, præceptum audiendi Sacrum, non obligare, nisi, quando Sacrum haberi potest, debito modo. Ita Bonac. de Euch. d. 4. q. ult. p. 9. n. 34. alique.

6. Dixi num. 4. (aliquo die festivo) nam si Sacerdos v. g. Eremita vellet contingere omnibus diebus festis,

festis, id facere, non concederem; siquidem, ut habet Suarez de Euch. d. 88. sect. 1. circa finem, alique apud Bonac. loco citato, hæc esset voluntas, non necessitas, effectusque novus vivendi modus, qui dispensatione indigeret. Non propterea noluissem, quod Marchinus de ord. tr. 3. p. 3. c. 15. n. 1. id etiam continuare in Eremica concedens, adderet decipi in hoc Suar. nec enim tanto viro talis censura erat contorquenda, multo minus, quia nullam sui dicti Marchinus, si rectè pendatur rationem affert; & insuper, rationi à Suario allatæ non respondet.

At quis eiusmodi Eremicæ dispensabit? id non explicat Suarez. Sed ego author essem Episcopo; ut regulariter rem remitteret ad Summum Pontificem, ad quem pertinet approbare modos bene, vel male vivendi. Lege Bellarm. de Monachis, cap. 4. Rodriq. tom. 1. quest. Reg. 1. artic. 4. circa medium: Peyr. tract. 2. in Const. Pyrrhi, à num. 2.

Duo denique hic adverte. Alterum: celebrantem posse Missam inceptam prosequi sine Ministrio, si Minister fortè abiit, & aliquantulum expectatus non veniat. Ita Henricus quem sequitur Hurtad. d. 4. de sacrif. diff. 12. circa finem, quia quamvis, necessitate urgente à Missa incepta desistere quis possit, de qua re infra lib. 2. cap. 7. §. 1. defectus tamen Ministri non est necessitas tanti momenti, quantum ad desistendum requiritur.

Alterum est, Ministrum, nisi desit in necessariis (ut v.g. materiam inepam sua culpa Sacerdoti tradat) & citra scandalum, & contemptum in suo ministerio, vix posse graviter peccare. Ita Bonac. de Euch. disp. 4. quest. ultim. pag. 9. num. 30. nam si relinquit respondere, vel inservire in quod debet, non videtur, in re gravi delinquere. Adde nec obligati esse in gratia; quare si cum conscientia peccati mortalis inservit, non propterea novum mortale committit: immo puto, si cum debita reverentia accedit, ne venialiter quidem peccare, sicuti nec venialiter peccaret, si alias spirituales exercitationes exhiberet.

§. VI. Sanitas Corporis.

1. Non loquimur, quænam sanitas requiratur, ad hoc, ut ordinati quis ritè valeat in Sacerdotem id enim pertinet ad tract. de Irregularitate; sed, posito quod sit Sacerdos quænam necessaria sit, ut licitè celebrari ab ipso possit.

2. Illa requiritur quæ non obstat integritati, & reverentia sacrificij. Hinc à sacris Canonibus mox citandis excluduntur à munere sacrificandi patientes morbum caducum, demoniaci, capite læsi, cæci, digitis carentes, vomitu laborantes, & similes; magna enim esset ir-

reverentia, vel relinqui propter hæc sacrificium factum, vel indecenter tractari.

3. Illos ergo, qui morbo caduco, vel simili, cile revertitur, vexantur, ita convalescere oportet experientiam alicuius temporis recuperantem.

Pro Dæmoniis, aliqui iuxta cap. Communionis finit. 33. experientiam anni de recuperata poscunt, pro aliis morbis, iuxta cap. Nuper. 3. experientiam triginta dierum. Sed textibus in pensis merito Suar. Sayr. Reginald. alique apud de Irregul. d. 7. quest. 1. p. 2. num. 22. concludunt, scopam pertinere iudicium, an aliquis liber morbo, pensatis morbi, & persona conditionibus, gatur omnino Suarez, de Conf. d. 51. s. 1. n. 5. pro iis, qui iam Ordinem susceperunt, de quibus quimur, ait, requiri quidem iudicium Episcopi, non esse dispensationem, sed declarationem declarationem intelligi authenticam, scilicet, perite dimanantem; nam propterea ego non sufficere, si fiat à Doctore privato. Possit fieri à Provinciali pro suis subditis Regularibus tertius pro quodam Patre Capucino imputavi, quia satis illa pro subditis est authenticatio.

4. Idem insuper ibid. notant laborantem morbo, si raro, puta semel in mense cadere in tremor, idque absque clamore, vel spumarum emissionem horribili corporis agitatione posse celebrare, ut socio Sacerdote jejuno, qui possit, si fuerit opus, Sacrificium.

5. Denique, qui lepra vel simili exteriore morbo laborat, in quo tamen non sit prædictum culum, sed solum quidam horror altarium, includitur omnino ab Altari, sed prohibetur ne citius in publico. Ita Suarez de Sacram. disp. 82. in initio.

6 De Lusco dixi cap. 5. §. 5. num. 2.

§. VII. Mundiis Corporis, & lotio manuum.

1. De his sufficit asserere, quæ breviter notantur de Sacram. disp. 82. in proemio, sine. Dicitur, quod, munditia corporalis à Sacerdote sacrificium beat, quantum recta ratio dicitur, & ideo, iuxta regulas, Sacerdos celebraturus, se corporaliter lavat, id etiam fiat, in significationem spiritualis munditie, men sit propter ipsam mundiis corporalem & munditie non debet; quamvis non videatur illa significatio rigore præcepti. Hæc ille.

2. Idem propter similes rationem erit de locutionum post spoliatas sacras vestes; id, quod per hanc causationem his adnotasse sufficiat.

LIBER SECUNDUS.

De iis quæ ad Sacerdotem pertinent, dum actu celebrat.

CAPUT PRIMUM.

De intentione Sacerdotis in celebrando.

§. I. De fine, quem potest, vel debet intendere Sacerdos, in faciendo Sacro.

1. SACRIFICIUM, inter omnes actiones Vitis Religionis, est excellentissima actio, quæ scilicet, veneramus Deum Optimum Maximum

dignum esse, in cuius honorem, vel nostra ipsa viam struatur; id, quod significare profitemur, non quidem verbis, sed ipsa actione Sacrificij: in quo per esse debet destructio rei oblata. Offertur autem in Missa ipse Christus Dominus eiusdemque Christi destructio intervenit, quatenus, per consecrationem Corporis & Sanguinis, ponitur idem Christus in proximo statu, seu via destructionis; quia mirum ex vi consecrationis Christus reproduci sub speciebus panis, & vini, & ut sic reproduci ponitur in tali statu, ut mox, corruptis speciebus destruat, seu dissinat esse; non quidem destruat, sed